B.48
-2-
-9-

# TACVINI SANITATIS

ELLVCHASEM ELI-
MITHAR
Medici de Baldath,

De ſex Rebus non naturalibus, earum naturis, operationi-
bus, & rectificationibus, publico omnium uſui,
conſeruandæ Sanitatis, recens exarati.

# ALBEN-GNEFIT

De uirtutibus Medicinarum,
& Ciborum.

# IAC. ALKIN-DVS DE RERVM GRADIBVS.

ARGENTORATI
apud Ioannem Schottum Librarium.

Cum prærogatiua Cæſ. Maieſtatis ad
ſexennium. M. D. XXXI.

1740009071
R.78.624
B.48 -2- -9-

REVERENDISS. PATRI, ILLVSTRISSI-
mo auitæ Domus Brandenburgeñ. Marchioni, D. ALBERTO,
Principi Electori: Eccleſiæ Rom. TT. S. Petri ad Vincu-
la Presbytero: Cardinali: Moguntinæ, et Magdeburgeñ.
ſedium Archiepiſcopo, Halberſtadieñ. uero Ad-
miniſtratori: ſacri Rom. Imp. Archicancella-
rio, Germaniæ Primati. &c. Domino ſi-
bi obſeruantiſsimo,

QVOD IN REBVS HVMANIS PRAECIPVVM,
& natura quaſi compertum, Princeps clementiſsime, quodqꝫ iure quo-
dam noſtro, omnes ſummopere curamus, nimirum id eſt, ut & Victus
ſit ratio, & Vitæ ſeruetur incolumitas. Neque id abs re: quando etiam
ſacris literis proditum, ꝙ nemo carnem ſuam oderit unquam. Et mira
CONDITORIS prouidentia factum, ut, pro ea conſeruanda, ſuo
quæqꝫ ordine, ſuis quoqꝫ fungantur officijs, cum interiora, tum exterio-
ra Hominis membra: indito illi, ſuper hæc, ſpiritu æthereo, qui rationis
ductũ moderetur: ut uere cecinerit Pſaltes, DIIS ſimilem factum: qui
heroico quodam ſtatu, cæteris creaturis, & dignitate, & iudicio præſit:
adſtipulante in eam rem ingenioſo Poëta,

Pronaqꝫ quum ſpectent Animantia cætera terram,
Os Homini ſublime dedit, cœlumqꝫ uidere
Iuſsit, & erectos ad ſydera tollere uultus.

Cui tametſi, ob lapſum, a cunis etiam, bis mille erumnarum & calamita-
tum accidant, quas inglorium forte, celſitudini tuæ ſi recenſeam, Lectori
quoqꝫ plus faſtidio, q̃ uoluptati, infinitis tamen interim Gratiarum do-
nis ornatur, quibus in hoc ſeculo nequam, diuinum in ſe numen reſplen
deat: quo non fucata charitate, uel ſubiectis iuſte dominetur, uel proximi
neceſsitatem benignius ferat. Quæ quum ita ſe habeant, quiſnam infici-
as ibit, te, ex homine licet, tam clara tamen prognatum ſtirpe, tanta præ-
cellentem & dignitate, & uirtutum inſignijs, ad id mnueris a DOMI-
NO uocatum, ut non modo Patriæ Pater, ſed & admirandum iuſticiæ,
legalitatiſqꝫ, ſpecimen ſis unicum toti Germaniæ. Iis accedunt illuſtriſs.
D. T. bonarum Artium, Autorumqꝫ celebriũ eruditiſsima cenſura, cum
tam ſollicita lectione, inter tot etiam negociorum reip. ſtrepitus, ut Iuſti-
nianum non iniuria, ſi non ſuperes, certe æques: non armis (ut es Prin-
ceps paci ſtudioſiſsimus) uerum Bibliothecæ incomparabili theſauro,
& condendarum Legum argutiſsima animaduerſione. Hæc inq̃, atqꝫ
alia uirtutum tuarum monimẽta, adamuſsim in te perſpiciens diuus ille,
non intermorituro ſeculo etiãnum uiuens MAXIMILIANVS (ni
me, ſed nec fallere poteſt, integer Iacobi Spiegellij candor, & probata fi-
des) tete, Princeps clariſsime, ſecundum ex multis ſelegerat, quocum illi
principales in arduis deliciæ, cuius manſuetudine, temperãtia, iudicio &

A 2

B.48
-2-
-9-

conſilijs, olim reſtituta morũ uetuſta integritas, Legum infinitarũ chaos
cõacta, & demum Turcæ impia tyrannis propulſa, Chriſtianus orbis
aliquanto tutior ſeruaretur. Sed heu, ut eſt Fati irreuocabile fatum,
Heros ille, inuictiſsimi ſpiritus Imperator, a DOMINO uocatus,
abit, te nobis ad eiuſcemodi munia Albo ſubſcriptum, relinquens. Quæ
tuæ celſitudini, Princeps maxime, ſi forte moleſtius obtrudam, infimi
nominis Librarius, at ſaltem id boni conſulas, inmorali gloria hijſce ne-
nijs utroſq; dignos, poſteris reddidiſſe, citra omnem Aulæ applauſum.
Vt uero ad conſeruandam VITAE ſanitatem, quod præcipuum car-
nis officium, redeamus, offerimus ecce tuæ celſitudini hoſce Authores
treis, a ſitu ueteri, quantum licuit, per exemplar non tam mutilum, q̃ de-
prauatum, uindicatos: qui & ſi non Romana polleant eloquentia, at uero
quod quęritur abſolutiſsime præſtant. Quos ubi ſedentario delectu quis
uel obiter legerit, mirum q̃ pulcre reddant legentem alacriorem, tra-
hantq; illecebris quibuſdam PLVS VLTRO (ut dicitur) pergen-
dum. Suſcipe ergo pientiſs. Princeps, nec dedignare munus, non qui-
dem offerentis, ſed illorum potius monumenta, qui ſub inclytiſsimo no-
mine tuo, cunctis abhinc ſeculis reuixerunt: & Schotti in hoc animum,
humilima ſubiectione tuæ celſitudini deuotiſsimumq, ratus excipe. Pro-
tectione diuinæ maieſtatis in CHRISTO feliciſsime ualens. Argen-
torati. VI. Februarij, Anno M. D. XXXI.

Celſit. T. obſequentiſs.

Ioannes Schottus, librarius
Argentoratẽ.



ELLVCHASEM ELIMITHAR, filij
Hahadum, filij Ducellani, Medici de Baldath,

TACVINI SANITATIS,

De ſex Rebus quæ ſunt neceſſariæ cuilibet homini, ad quotidianam conſeruationem Sanitatis ſuæ, cũ ſuis Rectificationibus & Operationibus.

PRIMA SANITATIS CVRA,
eſt præparatio Aeris, qui cor contingit. Secunda, Aer.
rectificatio Cibi & Potus. Tertia, rectificatio Mo- Cibus & Potus.
tus, & Quietis. Quarta, prohibitio Corporis a Motus & Quies.
Somno, & a Vigilijs multis. Quinta, rectificatio laxationis, & conſtricti-
onis Humorum. Sexta, Regulatio perſonæ in moderatione Gaudij, Iræ, Somnus & Vigilia.
Timoris & anguſtiæ. His enim modis æqualitatis erit conſeruatio ſani- Humor.
tatis: & remotio iſtorum ſex ab hac æqualitate, facit ægritudinem, Deo Affectus.
permittente glorioſo, & altiſſimo. Et ſub quolibet horum genere, ſunt
plures ſpecies, & plurimum neceſſariæ, quarum dicemus naturas, ſi Deo Libri ſumma,
placuerit. Dicemus etiam Electiones conuenientes cuilibet, ſecundũ cõ- & ordo.
plexionem, & ætatem ipſius. Et hæc omnia ponemus in Tabulis: eo q̃
multiloquia Sapientũ quandoq; faſtidiunt auditores, & diuerſitas mul-
torum librorum oppoſitorũ. Homines enim nolunt de ſcientijs, niſi iu-
uamenta: non probationes, ſed diffinitiones. Ideo intentio noſtra in hoc
libro eſt, abbreuiare ſermones prolixos, & aggregare modos diuerſorũ
uerborum. Attamen noſtri propoſiti eſt, non recedere a conſilijs ante-
ceſſnrum ueridicorum. In hoc autem libro, nihil poſſumus a nobis, niſi
ordinationes, compilationes, & Abbreuiationes interrogantium, & in-
ductiones pro bono, ad fortificandam uirtutem uerborum. Nec uolu-
mus ſequi uoluntates hominum, ſecundum diuerſitatem intellectus opi-
nionum ipſorum. Inuocamus itaq; auxilium Dei, ut rectificet intellectũ Candida ad Deum inuocatio.
noſtrum. cum humana natura uix excludatur a fallacijs, & tota uariatio
noſtra eſt iuxta moderatam noſtram intentionem, Ad quod DOMI-
NVS DEVS nos confortet, & auxilietur iuxta beneplacitum ſuũ.
HOMO apud omnes Philoſophos in plurib. modis ſuis, aſsimilat Homo Lunæ aſſimilatur.
diſpoſitionibus Lunę. Quia ſicut Luna diſpoſitiones habet, quibus de-
ſtruitur ſua natura apud nos, utpote per Eclypſim: & habet diſpoſitio-
nes quib. cõpletur ſuã natura, ſicut in oppoſitione, ſeu plenilunio: & diſ-
poſitionem quæ ad immutationem procedens, poſtmodum completur,
ut cum egreditur a Coniunctione ſeu Semilunio, uadens ad Oppoſitum
ſeu Pleniluniũ: & per aliũ modum, cũ incipit ab Oppoſitione, & termi-
natur ad Coniunctionem. Et ſic accidit Corpori. Quædam enim ipſum Adaptatio ſimilitudinis.
corrumpunt, ſicut Venenũ. Quædam regunt ipſum, ſicut Cibus. Quæ-

B.48
-2-
-9-



dam incipiunt corrumpere, & finaliter iuuant, ſicut Medicina. Et alia in-
cipiunt iuuare, & poſtmodum corrumpunt, ſicut Medicina quæ eſt Ci-
bus. Propterea neceſſarium eſt, ſcire Iuuamenta rerum ad operãdum: &
Nocumenta, ad præcauendum. Homo enim debet ſibi cauere a re quæ
nocuit. Et ob hoc DEVS omnipotens docuit bonam uitam, ad proſe-
quendum, & malam, ad præfugiendum.

Incipio cum DEI auxilio, & compono Tabulas, continentes Cibos
et Potus, & alias res neceſſarias circa ipſos: ſicut ordinabo in ſuis circulis:
ad hoc, ꝙ ſit compendioſum Regibus, & Dominis, conſpicere in ipſis.
Sunt enĩ uſi habere Tacuinos, quibus aſſimilatur hoc opus. Et diuidam
Tabulas ipſas per Domos. In prima domo, ponam Numerũ, qui eſt in
extremo circuli, in quo res illa cõtinetur. In ſecunda domo, Nomen illius
rei. In tertia domo, Naturã ſuam. In quarta domo Gradum eius. In quin-
ta, Melius illius ſpeciei. In ſexta, Iuuamentum. In ſeptima Nocumentũ.
In octaua Remotionem Nocumẽti. In nona Humorem qui generatur ex
ea. Et conſequenter in alijs quatuor Domib. conuenientias eius, ſecun-
dum Complexiones, AEtates, Tempora anni, et naturas Regionum. In
domo. 12. opiniones hominum in ea. In domo uero. 15. Electiones, & pro
prietates. Deinde faciam loca Simplicium, & Canones uniuerſales in ge-
nere illius de quo loquimur. Et in Rubrica primi marginis de genere, ſeu
ſpecie illorũ, quæ continentur in margine, etiã iuxta quod dixerũt Aſtro
logi de illo. Et ante hoc ordinabo Circulum, & aggregabimus omnia, de
quibus locuturi ſumus, & ſermones eorum quos uidimus.

Primo incipiemus de Cibis ſimpliciter. Deinde de unoquoq; genere
reliquarum ſex Rerum non Naturalium, ſecundũ ordinationem & con-
ſuetudinem Gentium, quibus utuntur in comeſtione, potatione, & alijs,
in ſuis cameris. Et reſtituemus numerum Graduum, more Indorum. Et
ſcribemus loco & uice nominum Philoſophorum, literam unam æqui-
pollentem toti dictioni. Quæ narrabimus in ultimo Libri huius, cum
auxilio ALTISSIMI.

Tacuini in gratiam Magnatum compoſiti.

Hæc Domus erit Sextadecima, Tacuinos pręcedẽs, ſingulis tamẽ ſuo numero, ſuos ſubordinans Canones.

Apparet Autorem fuiſſe Indum.

## ORDO ET EXPLICATIO PLANIOR Domorum in Tacuinos ſequentes.

PRIMA Domus cõtinebit Numerum diſtinctionum, & Capita Libri, Regeſto Operis
inſeruiens. Secunda, Rerum Nomina quæ deſyderantur. Tertia, earundem Naturas. Quarta,
Rerum Gradus. Quinta, Melius ex eiſdem Rebus ſpecifice monſtrat. Sexta, Iuuamentum per
eaſdem Res. Septima, Nocumentum earum. Octaua, Nocumenti remotiõem. Nona, Humo-
rem qui ex eis generatur. Decima, Complexiones, quibus Res illæ conueniant. Vndecima, cui
nam Aetati. Duodecima, Tempora anni quibus præſtent. Decimatertia, Regiones in quibus,
& ubi deligendæ. Decimaquarta, Philoſophorum opiniones circa earum naturas & operatio-
nes. Decimaquinta, Electiones & proprietates dictarum Rerum. Adiunctis paſsim Aſtrologo
rum prognoſticis.

DOMVS uero Sextadecima, quia pugillo claudi non poteſt, Canones habet uni-
uerſales de generibus & ſpeciebus Rerum quas Lector quærit. Et id quidem copioſius in prin
cipio Libri, ante Tacuinorum formationes. Atq; hæc Summa Operis.



## DOMVS SEXTADECIMA, Tacuinorum omniũ continens CANONES introductorios.

### CANON PRIMVS DE SAPORUM & Odorum iudicijs, & Ciborum ſubſtantijs.

CANONES, quibus noſcuntur naturæ Ciborum, ſunt qua-
tuor. Primus eſt ſemita Rationis: eo quod Ratio oſtendit eorum Nume-
rum, mediantib. Saporibus. Et ex receptione Odorum per membra. Et
uelocitate Digeſtionis. Et ratione ipſorum Subſtantiæ.

Sapores uero ſimplices ſunt octo, ſcilicet. Amarus, qui eſt in fine cali-
ditatis: propter quod abradit linguam, & incendit. Acutus uero eſt mi-
noris caliditatis, propter quod linguam lauat. Salſus autem eſt adhuc mi
noris caliditatis, operans in lingua acuitatem. Stipticus, eſt in fine frigi-
ditatis, adunans linguam, & exaſperans. Ponticus uero minoris frigidi-
tatis, & adunationis. Acetoſus autem minoris frigiditatis adhuc, operãs
acuitatem linguæ. Dulcis, uniens pure. nec enĩ eſt calidus ſeparans lin-
guam, nec eſt frigidus adunans, ſed eſt temperatus: & hoc ineſt ei acci-
dentaliter, eo ꝙ mediũ ineſt ei naturaliter per ſe, propter quod linguæ
efficit leuitatem tantum. Vnctuoſus eſt minoris temperantiæ. Et iſtinc
trahuntur Gradus. Nã ea quæ adunant linguã ultima adunatione, ſunt
in quarto: & quæ econtrario, in primo. Quæ uero media ſunt, ſi propin-
quiora primo ſunt, in ſecũdo: ſi quarto, in tertio. Et ſimiliter accidit de ĳs,
quæ caliditate ſeparant linguã. Odores uero Suaues membra recipiũt,
& digerunt: uerum ipſorũ caliditas minor eſt intenſis Aromaticis. Hor-
ribiles uero econtrario. Ratione ſubſtantię. Nam ſubſtantia Cibi, quãdo
fuerit ſpiſſa, uel grauis, dura, uiſcoſa, ſeu groſſa, eſt difficilis digeſtionis:
uerum quando digeritur, nutrit multum, et generat opilationem. Si uero
leuis fuerit, laxat: rara, mollis, uel ſubtilis, econtrario. Verum ſubtilis, aut
eſt Calida, ſicut in Acuto: aut Frigida, ſicut in Aceto. Et groſſa ſimiliter
poſſibile eſt ꝙ ſit calida & frigida: eo quod nõ eſt omne ſubtile calidum,
nec omne groſſum frigidum.

Sapores octo
Amarus.
Acutus.
Salſus.
Stipticus.
Ponticus.
Acetoſus.
Dulcis.
Vnctuoſus.
Gradus.
Odores.
Cibi ſubſtantia.

### CANON SECVNDVS DE Qualitatibus Ciborum ſimplicium.

CANON Secundus, ad demonſtrandas Ciborum qualitates ſim-
plices, quantitates & uirtutes ipſorum, per experientiam: quæ conueni-
entior eſt ratione, eo quod accipitur ab operatione ſubſtantiæ cibi in cor
pore: & maxime, cum Ratio excludat a ſaporum numero inſipidum. Et
quilibet cibus intrans corpus, impoſſibile eſt quod qualitate careat, quæ
operetur. Quæ ſi in ultimitate fuerit, iudicatur in quarto gradu: et ſi in op
poſitione ultimitatis illius, iudicatur in primo. Et quæ eſt inter utroſq;,
ſi eſt prope quartum, dicitur tertius: & ſi eſt prope primum, dicitur ſecun
dus. Igitur quælibet qualitas erit generaliter inter quatuor gradus. Quo-
rum cuilibet diſtinguitur, Principiũ, Finis, & Medium eſtimatione. Vel

Ciborum ſimplicium qualitates.

B.48 -2- -9-



dicemus, ut multi dixerunt, ſtatus eſſe infinitos. Et in hac diſtinctione fuerunt multæ diuerſitates inter antiquos, in naturis Ciborum iuuantium: eo quod non inuenerunt partem temperatã, cui proportionetur: nec inuenerunt noticiam, ſeu metam qualitatis aſſumendam ab illa. quia cibus qui eſt debilis caliditatis conditur; ex contrario, multam facit operatiõem cibus fortis caliditatis. Et hæc uia ſubtilis, facilis eſt ad comprehendendum, ſi cibus eſſet ſimplex. Sed quia plures ciborum ſunt compoſiti, uel naturaliter, ſicut compoſitum eſt mel ex dulci & acuto: & melongianę ex inſipido, amaro & acuto: aut artificialiter, ſicut ſyrupus de ſpeciebus diuerſis ſimplicibus, & nos oportet ad præſens facere Canonem de naturis compoſitorum.

*Cibus dupliter cõpoſitus.*

### CANON TERTIVS DE naturis Ciborum Compoſitorum.

CANON Tertius in noticia naturarum Compoſitorum, ſic perficietur. Poſtquã peruenimus ad naturas ſimplicium, & gradus ipſorum cum ratione & experientia, demum ordinabimus naturam caliditatis in oppoſitum frigiditatis, & humiditatis in oppoſitum ſiccitatis. Qui ſi adæquetur in aliquo, iudicabimus illud temperatũ. ſicut Ziribeyti dulcis, alias Ziribelgi dulcis, id eſt, cibus factus de carnibus, ſpeciebus, & melle, ſeu ſaccharo: & dicitur latine Aſſipitium ſine aceto. Fit etiam Aſſipitium cum prædictis ex aceto. Et ſi alterum excedat, iudicabimus ſecundum naturam dominantis. Et ſi compoſitum fuerit ex ſimilibus, ſicut de duobus calidis, quorum unum fuerit in primo gradu, & reliquum in tertio, iudicabitur oppoſitum.

*Forte, Zibirebergi.*

*Aſſipitium,*

### CANON QVARTVS DE iuuamentis & nocumentis Ciborum.

CANON Quartus ad declaranda Iuuamenta, & Nocumenta Ciborum, & ad auferenda ipſa Nocumenta, ratione & experientia, per ratiocinationẽ. Quia Dulcis inducit ſitim ſua caliditate, generãs choleram ſua conuerſione: & laxat mundificatione ſua, & facit opilationem multitudine nutrimenti ipſius, cum membra multum ex eo recipiant. Acetoſus reprimit choleram, generãs uentoſitatem frigiditate ſua: & nocet neruis, & uiſceribus, ſubtilitate ſua. Et ualde penetrat in profundum, et debilius eſt Pontico in frigiditate, & operatur operatione ſimili autumno. Salſus mundificat flegma, inducens ſitim caliditate ſua, & deſiccans ſua ſiccitate, & per eas exaſperat pectus: & eſt debilius Amaro, in omnibus operationibus ſuis. Vnctuoſus eſt plurimi nutrimẽti, corrumpens, uel faſtidiens ſtomachum, faciens lubricam egeſtionẽ, multa humiditate ſua: & eſt minor Dulci in ſua temperantia. Stipticus linguã exaſperat, & pectus, uentrem ſtringit, & confortat appetitum ſua frigiditate. Ponticus debilior eſt eorum in om̃ibus operationibus ſuis. Amarus ſcindi, & abradit linguã, multa caliditate ſua: et eſt pauci nutrimẽti, ſua ſiccitate, Mollificat naturã, & deponit flegma caliditate & ſiccitate ſua. Acidus cõparatione Amari

*Iudicium Ciborum iuxta Sapores.*



eſt debilior in omnibus operationibus ſuis. Inſipidus infrigidat.

### CANON QVINTVS, DE rectificatione Nutrimenti, & remotione nocumenti Ciborum.

CERTIFICATIO Nutrimenti, fit unius ſapore per aliũ. Nam dulce, & acetoſum, alter alterius remouet nocumentum. Acetoſum enim rectificatur per ſalſum: & econtrario. Salſum & Vnctuoſum unũquodq; per alterum ipſorũ rectificatur. Stipticum cum Vnctuoſo, ſiue Dulci rectificatur, & ipſa per Stipticum. Et Amarum aufert opilationẽ factam ex Dulci: et econtrario. Ex his tamen non complete ſoluitur dubietas, de remotione nocumenti, ſed eſt neceſſe declarare huiuſmodi per experientiam, quam ſenſibilis operatio ſimiliter manifeſtat. Et patet aperte per pulſum, anhelitum, uel tactum: quia caliditatem faciens, calidum eſt: et econtrario. Et his adhæret Medicus. Philoſophus autem conſyderat, ꝙ quodlibet animal, & quodlibet uegetabile, uirtute nutritiua priuatũ, eſt mortuum, & mortuum frigidum & ſiccum: etiamſi ſtinchus, ſeu balſamus. Sic & quodlibet aliud, ſeu uegetabile, in quo inuenitur uirtus illa, eſt uiuum: & uiuum calidum eſt & humidum: etiamſi papauer niger ſit, ſeu piſcis Bonch, id eſt, tranula.

### CANON SEXTVS, PRINcipia quædam generalia tradit circa Ciborum operationes.

PRINCIPIA ordinata in hoc libro. Primũ dicitur eſſe de cibis qui ſunt calidi, quando ſunt magis calefacientes corpore temperato: et econuerſo in frigidis. Secundũ. Conſulitur corpori ſano, duobus modis cõſeruando ſcilicet ſanitatẽ eius, cum ſimilibus, uel * reſtituendo ipſum ad temperandum cum contrarijs. Tertium. Quando cibus eſt calidus & humidus, quod generatur ex eo, erit ſanguis: & ob hoc erit iuuatiuus cõplexionibus & regionibus frigidis, & ætati decrepitæ, & tempori autumnali, Quartum. Quod temperatum eſt in caliditate, temperatum eſt in frigiditate: et ſimiliter, quod temperatum eſt in ſiccitate, eſt temperatũ in humiditate. Quintum. Quando excedit cuiuſq; caliditas, deficit frigiditas: et econuerſo. Sextum. Dicitur res temperata, uel diſtemperata, quando eſt in aliqua qualitate temperata, & in aliqua diſtemperata. et ſimiliter dicitur de iuuamento & inconuenibili. Septimũ. Calidum cum ſicco eſt intenſius, et cum humido remiſſius. Octauũ. Cibus humidus poteſt eſſe ſiccus, comparatione ſui. ſicut piſces: et econuerſo. Nonũ. Temperatũ in digeſtione, temperatũ in quantitate. quia ſcd'm hoc corium porci uidetur eſſe magis digeſtibile carne. Decimum. Præparanda calida cum calidis, quando alterũ ipſorum debilius eſt altero, et minoris caliditatis.

** alias, reſtaurando.*

### CANON SEPTIMVS, DE Fructibus in genere. Ad Tacuinum 1. 2. 3. 4.

OPORTET nos etiam inueſtigare Canones proprios, dicentes: quod fructus omnes generant corroſiones & febres autumnales. Et ace

toſus ipſorum nocet neruis, extinguens caliditatem ſanguinis: & iuuat il-
los, qui ſunt calidæ complexionis: niſi conuertantur, ſicut Griſomala. Et
ſtiptici ex eis ante cibum ſtringunt, & laxant poſt cibum, ſicut Citonia.
Et aquatici ex eis prouocant urinam, ſicut Melones: & reprimitur ex
fructibus dulcibus cum acetoſo: & econuerſo. Et ex eis qui eſt matu-
rus & dulcoratus, eſt melior: & ex eis qui poteſt conſeruari, & non cor-
rumpitur, eſt melior eo, qui corrumpitur: & ex eis, qui poſtquam colle-
ctus fuerit, morari poterit aliquandiu, donec deſiccetur, ad hoc ut e-
longetur a ſuis uirtutibus naturalibus, eſt melior eo, qui comeditur tem-
pore quo colligitur. Et qui uelocis eſt deſcenſionis, eſt melior eo, qui tar-
dæ. nam diu morans cum corpore in ſtomacho, efficit operationem to-
xici. Et eius qui eſt tardæ deſcenſionis, ſua groſſicie & duricie, ultime-
tur comeſtio. Et eius qui in ſtomacho eſt non mali chimi, aut uelocis de-
ſcenſionis ſeu conuerſionis, econuerſo. Et groſſus conuenientior eſt, ut
ſit hyemali tempore comedendus: quia caliditas in hyeme profundatur
in corpore, & econuerſo in æſtate.

### CANON OCTAVVS, DE Frumentis & Seminibus. Ad Tac. 5.

Frumenta.

GALENVS dicit, ꝙ in quibuſdam annis, ex malicia temporis, mi-
xtum fuit inuentum Lolium frumento: & accidit, quod cum comedeba
tur panis factus ex eo, fiebat ſoda: & in principio æſtatis ſuperuenit mul-
tus bothor, & accidentia ſanguinea. Et propterea debent mundificari
grana frumenti, ab omnibus rebus alijs diuerſis ab eis. Ex granis autem
melius eſt, quando decoctione ſua uelocius ingroſſatur, & quorum mo-
dica quantitas multum nutrit. Et cognoſcitur hoc menſura & ponde-
re ipſius, & ex quantitate farinæ, quæ egreditur poſt molituram ipſi-
us. Et quodlibet Semen non completum, eſt humidius completo. Eſt
autem quodlibet ſemen leuius, calidius, & magis ſubtiliatiuum planta,
uel herba, a qua habet originem. ut ſemen Papaueris, quod eſt mino-
ris frigiditatis folijs ſuis. Et quædam ſemina comeduntur, exceptis folijs
& herba eorum. Et quædam comeduntur cum herba tota. Et quædam
econtrario. Et ex granis cum torrefiunt, quod torrefactum fuerit, &
exterius ſuperficiale leuius fuerit, eſt melius reliquo torrefacto. Per tor-
refactionem aufertur inflatio eius, & uentoſitas ipſius, & difficilem fa-
cit digeſtionem ipſius, & * multum facit nutrimentum.

Semen.

alias, nocet nutrimentū eius.

### CANON NONVS TERræ, & uegetabilium comparationem docet.

ET CONSYderandum eſt, ꝙ terræ ad uegetabilia ſe habent ſicut
regiones ad animalia. eo ꝙ non quælibet terra, cuilibet uegetabili conue-
nit. Et in hoc eſt, ꝙ inuenitur Balſamum in quodam loco terræ Aegypti,
& in alijs contrarijs non. Et ſpina Aegyptiaca, id eſt, planta faciens ge-
nerari, Arabiæ erat comeſtibilis: & cum ducta fuit in Perſidem, & plan-



tata effecta fuit toxicum mortale. Et quidam Medici opinātur, ꝙ Lolium
ſit frumentū, conuerſum ex malicia terræ per multos annos.

### CANON DECIMVS, DE LEguminibus, & Philoſophorum circa Seminum naturas placita. Ad Tacuinum 6.

MELIVS ex Leguminibus eſt, quod pertranſit ſex menſes, uſq;
ad annū: & quod ultra pertranſit, eſt minoris nutrimenti, & facilioris di-
geſtionis eſt: eo quod non pertranſit. Et ſicut inueſtigamus de tēpore gra
norū ipſorum, ſic inueſtigare uolumus de magnitudine ipſorū. Nam ſe-
mina quæ magnitudinē naturalem pertranſeunt, & ſunt humecta & in-
flata, habent humiditatē ſuperfluam: quæ debent conſeruari in loco ari-
do, uſq;quo areſiant. Verūtamē cum ſuperfluūt in uetuſtate ultima, fit, ꝙ
ex uetuſtate farinæ egrediatur ſimile: & maxime quando non flat uentus
ſeptentrionalis, nec miſcentur. Cum miſcentur, fiat per res deſiccātes hu-
miditatem. ſicut menthaſtrum. Et philoſophi opinantur, ꝙ Semina o-
mnia calida ſunt & humida, ſicut ſperma, et ꝙ ſint ſicut materiæ, & eſſen-
tiæ plantarum, quod eſt principium generationis. Et dicunt pro cauſſa,
ꝙ quædam plantarum ſunt multorum ſeminum: ſicut Seſamum eſt: eo
quod ſunt debilioris naturæ. Nam illorum quæ ſunt debilis naturæ,
natura multiplicat numerum ſeminis: ut ſit multiplicatio ipſorum, lo-
co uirtutis: & ob hoc ſunt animalibus debilibus multa membra, qui-
bus datæ & ordinatæ fuerunt uirtutes. Et cauſſa: quod multa ſemina
diuiſa ſunt in duas partes: ut cum in terra corrumpitur una, altera rema-
neat. Et ideo fuerunt ordinata quædam membra & organa ſenſuum
duplicia, ſicut Oculi, Aures, Teſticuli. Et Autores librorum Agricul-
turæ, dicunt: quod ſemina uelocius corruptibilia, ſunt illa, quæ ſemi-
nantur die Auſtrali. In alio, Meridionali. Et quod dicitur de noticia ſe-
minum ſaluandorum anno quolibet, habetur ex hoc: quia ſi ſemina ſe-
minantur in Septembri, & bene pullulant, ſignificatur, quod bene con-
ſeruabuntur in illo anno: & econuerſo. Et ex Canone generali proce-
dit, quod quodlibet ſemen quod in ſua deco-
ctione non creſcit, eſt malum.

Legumina meliora.

*

Semina.

### CANON VNDECIMVS, DE Panis natura, & uarietate. Ad Tacuinum 7.

PANIS eſt temperatæ caliditatis: cuius eſt deſyderium, recipere o-
mnes ſapores conuenientes cuilibet complexioni. Et melius ex eo eſt,
cuius frumentum bonum exiſtit, & fermentum eius moderatum, cu-
ius aqua & ſal ſint quantitate conuenienti, & ignis temperatus, agens in
ſuperficie & profundo ipſius. Hip. Cum talis fuerit panis, eſt plurimi nu
trimenti, bonæ digeſtionis, facilis deſcenſionis. Et panis diuerſatur. Nam
alius eſt, qui cōficitur cum aqua & farina: & eſt plurimi nutrimēti. Alius

Panis natura.

B.48 -2- -9-

B.48 -2- -9-



eſt, in cuius confectione miſcetur oleum : qui eſt difficilior ad digeren-
dum, & peior ad deſcendendum. Alius eſt, cui admiſcetur papauer : qui
ualet ad prouocandum ſomnum. Alius eſt, cui admiſcetur ciminum ma-
gnum, & ciminum cõmune : ad remouendum uentoſitatem ipſius. Et ex
eo alius eſt, qui comeditur ualde calidus : cuius digeſtio eſt ualde ueloci-
or, deſcenſio tardior, & nutrimentum amplius. Et ex eo alius eſt, qui frigi
dus comeditur : cuius digeſtio eſt tardior, nutrimentũ modicum, tranſi-
tus uelocior : propterea, quia ſuperficies eius infrigidatur & ſpiſſatur, &
a profundo caliditate ſua diſſoluitur uapor: qui dum mouetur uerſus ſu-
perficiem, non inueniens tranſitum, reuertitur : & obuiando alij uapori,
cum eo reuertitur : & erit de ipſo ratio ut de primo : & ſic reuertendo
* incedentes, accidit huiuſmodi motu uiſcoſitas & inflatio, prohibentes
humectationem, nec ſtomachus poterit ipſum ſuperare. Io. & Ra. uide-
runt contrarium huius, laudantes quod comedebatur in fine ſecundæ
diei poſtquam confectus fuerit, & maxime fermentatus. Et noticia eius
habetur ex hoc : quia cum ponitur in aquam, quod deſcendit inferius,
eſt azimus : & econtrario fermentatus : & ſi in medio natauerit, erit me-
dium inter azimum & fermentatum. Et cauſſa in hoc eſt : quia fermen-
tum eſt ſubtile : in quo eſt acetoſitas corrupta, quæ induxit in eo parum
caliditatis, & multum aëreitatis : propter quod panis factus eſt ſpon-
gioſus, & ſupernatans, cum non habeat in ſe uerberationes, motus,
confricationes, & uiſcoſitates.

Marginal note: alias, inci-dentes.

### CANON DVODECIMVS,

De Oleribus. Ad Tacuinum 8. 9.

CAVSSA QVARE præmittantur Olera in comeſtioni-
bus, eſt, quia ſunt ſubtiliatiua, ſicut fructus: & generant omnia uentoſita-
tem, & inflationem, & decrepitis colicam, & malam digeſtionem. Niſi
ſit aliquod acutum ex eis. ſicut Origanum recens, & Naſturtium, quæ
deficiunt ab hac operatione. Et ſunt iuuatiua illis quibus dantur pro ci-
bis. Et plurimum ex eis, nutrit nutrimento modico. Sed ſanguis, qui
generatur ex eis omnibus, eſt modicus, ſubtilis, & aquoſus, & malus.
Et quidam ex antiquis dixerunt, quod ex centum drachmis Olerum,
generatur minus decem drachmis ſangninis & carnis : & econuerſo. Et
frigida & humida ex eis conferunt iuuenibus, & complexionem haben-
tibus calidam. ſicut Lactucæ, Scariolæ hortulanæ. Item ex Oleribus,
ſylueſtria ſunt fortioris ſiccitatis, & peioris nutrimenti. Et minus ma-
la inter hæc ſunt Lactucæ, deinde Molachiæ, & poſtmodum Atripli-
ces, & de hinc Portulacæ, & Bletones. Et de quibuſdam Oleribus plus
nutrimenti eſt in folijs. ſicut Lactucæ. Et de quibuſdam in radicibus.
ſicut Radices, ſeu Raphani, Rapæ, & Bletæ. Et cuiuſlibet terræna-
ſcentis, cuius comeditur radix, ſemen eius impoſsibile eſt quod ſine pe-
riculo comedatur. ſicut Lactucæ. Et econuerſo : ſicut Citrulli, Cu-
cumres. Et plures ROMANI comedunt Olera, ſeu herbas

Marginal note: Olerum natura & operatio.



crudas poſt cibum, & non nocet eis : & hoc aut propter malam conſuetu
dinem in ordinatione ciborum : uel quia fundus ſtomachi ſua caliditate
comburit ipſa, & orificium ſua infrigidatione digerit.

### CANON TREDECIMVS,

De uarijs Speciebus, & earum præparatione ad decoctionem.

EX SPECIEBVS quędam ſunt de Terrænaſcentibus: quędam
ex Animalibus. De terrænaſcentibus quædã ſunt fructus, ſicut piper, o-
liua : quædam flores, ſicut crocus. Quædam ſunt ſemina, ſicut ciminũ &
coriandrum. Et quædam olera, ſicut Bleta, & Spinachia. Et quædam ra-
dices, ſicut rapæ, et paſtinacæ. Et quædam olea, ſicut ſeſaminum. Et quæ-
dam ſunt ſuccus, ſicut acetum, & ſuccus agreſtæ. Et quædam ligna, ſicut
cinnamomũ, & zinziber. Et quædã ſunt de ſuperfluitatib. animaliũ. ſicut
mel : * & quædãalia eius generis multa, De iſtis plurimum dicemus in
tractatu fructuum, olerum, & confectorum, cum acetoſis, et ſpeciebus ci-
borum ſecundę Menſæ, et Chalde, & huiuſmodi: & quando dicemus de
caſeo qui fit ex lacte, dicemus de oliuis : & quando dicemus de carnibus
ſalitis ſiccis, in ſecundo capitulo Carnium, dicemus de ſale: & quando di-
cemus de acetoſis, dicemus de aceto : & hæc omĩa ordinata ſunt loco ſuo,
quorum partitio uel capitulatio manifeſte adparet. Canon in præparati-
one ſpeciatorum, & adpoſitione rerum & ſiccorum fructuum de terræ-
naſcentibus ponantur in decoctione prius q̃ dantur, ſicut radices. Dein-
de quæ ſunt leuis decoctionis, ſicut olera. Et de ſeminib. aromaticis, quod
eſt ex eis ſiccũ, ponitur in principio decoctionis: & econuerſo. Nec mul-
tiplicetur in cibis qui comeduntur infrigidantibus: quia exinde corrum-
puntur. Et ex ſuccis fructuum præcedant acetoſa in decoctione. Dulcia
uero & ſtiptica poſtponantur: ne cibi amari fiant. Iudicatur enim quod-
libet a re uincente in ipſo, cum remiſſione quadam: propter res alias quæ
miſcentur in ipſo, ſicut * Alkipitium per acetũ, & cibus præparatus cum
Muri, ubi ferculum fuerit diuerſarum naturarũ temperate compoſitum,
ſicut zinziber dulce. Et ſi ferculum fuerit diuerſarum naturarũ, erit tem-
peratũ, ſicut * zibergi recens, id eſt cibus, qui fit cum carnibus & melle.
Et hoc totum ordinatum eſt in Canone Quarto. Et diuiditur. Quia
quoddam fit ex aqua piſcium, quod inducit humores. Et quoddam fit
ex farina ſimilæ, quod ſit modicæ caliditatis, bonum efficiens ſaporem in
cibis. Et quoddam fit ex farina ordei, quod eſt calidum in primo, ſiccum
in ſecundo, laxatiuum uentris.

Marginal notes: Specierum ſpecies. — Alias, Et quædam ramę, ut ſtabes. — Speciatorum admiſtratio. — Forte Aſſipitium. — alias, Zibiribergi. ſupra fol. 8.

### CANON QVARTVSDE-

cimus, de proprie Acetoſis. Ad Tacuinum 10.

ACETATA generaliter obſunt neruis, pectori, inteſtinis, & coi-
tui, & extinguunt choleram, & ſanguinem, & inducunt flegma, & con-
ferunt habentibus complexiones calidas, in temporibus, & regionibus
calidis. Et caliditatem eorum cum aceto præparatorum, minuit acetum,
& humidorum minuit humiditatem, & groſſorum groſſiciem. Et groſſa

Marginal note: Acetata.

B.48
-2-
-9-



ſunt ex cibis ſtomachorum calidorum, & hyemalium: ſubtilia uero econtrario. Et præparatorum cum aceto, quædam conſeruantur tempore ad tempus, ut Melongianæ, & Rapæ. Et quædam non conſeruantur, ſicut caules ouati, & his ſimilia. Sed Canon eſt, ꝙ omnia quæ conſeruari debent, & durare, carnes ſint, uel aliud: ſi niue conſeruabuntur, efficientur mollia, & tenera: ſed melle præſtatur eis cum humiditate caliditas, ſed uino præſtatur caliditas & ſiccitas, ſed aceto frigiditas, ſed ſale præſtatur caliditas & ſiccitas multa.

### CANON QVINTVSDECIMUS, De impropriе Acetoſis. Ad Tacuinum 11.

Acetata non proprie.

COCTA Olera impropriе acetata ſunt. Cibi qui fiunt ſpecialiter uolentibus ſubtiliare complexionem: & illis qui indigent cibo multo, modico nutriente: & etiam illis, qui tolerare non poſſunt cibaria groſſa, ſicut carnes: ſiue accidat ex natura hoc, ſiue ex morbo, ſiue in quem ueretur incidere, ſiue eo quod iam inciderit: uel quia utuntur cibis ipſis cauſſa religionis: uel quia timetur de Anno acuto, & peſtilentiali, quo etiam moriuntur Animalia: & iuxta unumquodq; ipſorum, uel iſtorum cibi prædicti diuerſimode præparantur. Quandoque cum ſuccis fructuum præparantur, ad ingroſſandum humores ſubtiles, & ad infrigidandum complexiones inflammatas, & calidas. Et quandoq; præparantur cum ſynapi, ad * incendendum humores groſſos: cū muria & pipere, ad calefaciendum complexiones frigidas: & cum ſucco Lemoncellorum, ad confortandum ſtomachum, & excitandum appetitum. G. dixit multum uſus ſui, ad curandum habentes ſplenem groſſum, opilationem hepatis, et principiū epiſteriæ, cum regimine ſubtiliationis. Et ſecūdum rationem cibi acetati & præparati cum ſpeciebus, ſunt cibi medicinales, cū corpus non nutritur multū ex eis. Et cibus medicinalis, eſt cibi habens in ſe uirtutem, quam natura refugit. ſicut ſunt allia, & ſynapis. Et melius cibalis eſt medicina, habens in ſe uirtutem aliquam nutritiuam, quam recipit natura. ſicut Scuthuſch, & Cumabari.

alias, Incidendum.

Cibus medicinalis.

Cibalis medicina.

### CANON SEXTVSDECIMUS, De cibarijs Suffrixatis & Frixis, Butyro, Coluſtra, Lacte & Ouis. Ad Tacuinum 11.

CIBARIA Suffrixa, & Frixa, ſunt iuuatiua habentibus in ſtomacho flegma, & humiditates: uel timentibus incurrere malam complexionem humidam. Quæ diuiduntur. Nam ex illis ſunt, quæ præparantur cum aceto. ſicut Sulcius, Galatina, et Askipitiū cuius remota eſt unctuoſitas: quæ conferunt habentibus complexiones calidas, hepar calidum: et extinguunt inflāmationem ſanguinis & choleræ: et obſunt, quibus excedit melancholia, & neruis: et pręparata cum lacte, faciunt uentoſitatem & colicam, et maxime, quando præparantur cum carnibus gallinarum, ſeu cucurbitis, et his ſimilibus. Et lac nouiter mulſum, & aliquo tempore reſidens, et butyrum coctum, crudum, et coctum recens, & caſeus recens, et

Sulcius.
Galatina.
Aſkipitium.



Butyrum.
Coluſtra.
Lac.

floricū, & coluſtra, ſunt uniuerſaliter multi nutrimenti, & auferunt pruritum, & ſcabiem ſiccam, & impinguant corpus, & conferūt pectori. Butyrum crudum, minoris eſt caliditatis, q̃ butyrum coctū. Coluſtra uero humidior eſt florico, uel caſeo recēti. Lac coagulatū, acetoſum, & lac ſimpliciter pręparatum cum ſpeciebus & oleribus, remittuntur a natura ſua: & melius eſt lac, quod eſt intenſæ albedinis, boni odoris, et boni ſaporis, de quo cū ſtillatur gutta aliqua, remanet integra comprehenſa, nec ſpargitur in eo. Et cauſſa eſt in hoc, quia lac eſt temperatū in caliditate, & humiditate: quia eſt ſanguis completæ maturitatis: eo quod mammillæ conuertunt ipſum ad naturā ſuam: ſicut conuertit cerebrum ſpiritū uitalem, & teſticuli ſpermatis ſubſtantiā. Quia natura quādoq; facit calidum ſanguinem in frigidum conuerti, ut fiat nutrimentum cerebri. Et quandoq; cibum ſubtilis ſubſtantiæ, facit conuerti, ut ſit nutrimentū corporis groſſi. ſicut fit operatio cum lacte Aſinino. Et cauſſa ſubtilitatis lactis aſinini eſt: quia aſina lactans, propter ſuam groſſiciem, groſſum ipſius retinet ad ſui nutrimentum: quia conueniens eſt naturæ ſuæ, groſſo cibo nutriri, ſicut aſini, & qui nutriuntur * ex eo. Lac autem diuerſatur ſecundum diuerſitates, ex natura animalium, ætatum, temporum anni, paſcuorum, & appropiationis, ſeu elongationis a partu. Et lac paſcentium in campis, melius eſt lacte nutritorum in domo: & melius eſt lac Animalium paſcentium herbam Scamoneæ, Glandes, & Sumach. Et lac Veris poſt partum animalium, mundificatione completa, eſt ſubtile: & in Aeſtate mediocre: deinde ingroſſatur uſq; ad tempora impregnationis: quibus & deficit lac. Et lac iuuenum animalium, eſt melius lacte ſenum. Et lac Vaccarum eſt groſſius, & difficilioris deſcenſionis, et magis naturā ſtringit, & eſt nutribilius quolibet lacte. Lac uero Camelarum econtrario ſe habet. Sed lac Caprarum eſt mediocre inter utrunq;. Et lac Pecudum eſt medium inter lac Vaccinum, & Aſininum. Et lac Aſininum et Equarum, eſt mediocre inter lac Camelarum, & Caprarum. Lac uero Muliebre, eſt temperatius quolibet alio lacte: eo quod eſt ſuperfluitas temperatioris animalis inter cætera. Oua uero recipiunt in ſe quædam animalia, quorum aliqua uolumus recitare delectationis cauſſa. Quæritur em̄. Quare ex omnibus Ouis, quæ uiciſſitudinarie mas & fœmina cubant, cum pulli fiunt ex eis, non incontinenti cibum ex ſe recipiunt, ſed a patre, & matre cibantur? ſicut pulli columbini: & ex omnibus alijs ouis, quæ ſolū fœmina cubat, licet ſit ipſa debilis, & diminutæ caliditatis, pulli ex eis naſcentes, incontinenti comedere incipiunt ex ſe? ſicut pulli gallinacei, & phaſianorum. Et quare mares non ſoli cubant oua, ſicut fœminæ ſolæ inueniuntur cubantes? Et quare omne animal, non habens aures extra eminentes, ouat? & econtrario. Item Iſaac dixit, in libro ſuo de Animalibus, ex uerbo Ariſtotelis, ꝙ oua habentia duo uitella, geminos pullificant. Et dixit uerum: attamen unus eſt maior altero. Dixerunt etiam quidam, ꝙ oua non pullificantia, ſunt illa, quę fiunt ex combinatione

Lac aſininum ſubtilius.

alias, ex groſſo.

Lac uaccarum.

Lac Muliebre.

Oua.

Solutionē horum, uide apud Ariſtote. in Proble.

B.48
-2-
-9-



gallinarum tantū:aut quia gallinæ ordinantur ad ouandum in cinere:uel
quia acciderunt tonitrua tempore cubationis. Et oua habentia duo uitel-
la, ſunt uix pullificantia, & quæ fiunt in defectu lunæ. Et illa ſunt ut plu-
rimum pullificantia, quæ carent prædictis impedimentis.

### CANON DECIMVS SEPTI- mus, De Carnium natura in genere, & Stomachi caliditate, Deq; Carnibus porcinis. Ad Tac. 14.

CARNES ſunt cibi multi nutrimēti, generantes ſanguinē unctuo-
ſum, & ſunt de cibis exercitantiū, et uirorum fortiū, et ſanorum. Quæ di-
uerſificantur ſecundū diuerſitatem animaliū in ætatibus, & temporibus,
quibus reperiuntur locis, & eorū paſcuis, modis decoctionum, & aſſatio
num ipſarū, poſt interfectionē, & repoſitionem ipſarū. Nam propinqui-
ores infantiæ, ſunt humidiores ſenibus, & domeſticę ſunt humidiores ſyl
ueſtribus, & uernales humidiores autumnalibus, & carnoſæ ſunt pluris
nutrimenti, & tardioris deſcenſionis pinguibus, et pingues meliores ma-
alias, humidiores. — cilentis, & caſtratæ non caſtratis ſunt * meliores. Et cuiuſlibet animalis
humidi, maſculus eſt melior ꝙ̄ fœmina:et econtrario. Et animalis cuiuſli
alias, temperatiores. — bet ſicci, quanto iuniores, tanto * meliores. ſicut uituli: & ecōtrario. ſicut
arietis. Et carnes, quæ non diu ſteterūt poſt interfectionē. Et illæ quæ au-
feruntur ex aquis de piſcibus, quæ non peruenerūt ad ultimū ſenectutis,
uel corruptionis corporis, ſunt melioris digeſtionis, ꝙ̄ recentes, in ſtoma
chis præparatis. Et animaliū ſtatim interfectorū carnes, ſunt magis cōue-
Stomachi caliditas. — niētes ſtomachis calidis, ſicut Turcarū et Sclauorꝝ. Et caliditas ſtomachi,
aut eſt per naturā, aut ſecundum naturā:ut ſtomachis inflāmatis. Aut eſt
ſecundū accidens. ſicut accidit, quādo foramen furculi ueniētis a felle ad
ſtomachū, eſt amplius illo quod incedit ad inteſtinū duodenū, propter
quod cholera cibū comburit. Aut ex operatione exteriori. ſicut accidit il-
li, qui imponit ſtomacho ſuo, praue inquietans uentrē. Aut ex profunda
tione caliditatis. ſicut accidit ſtomachis in hyeme. Aut propter fundū ſto
machi, qui eſt multæ carnoſitatis, & fortis caliditatis. Raſis dicit, quod
Lege, Domini per Moſen. — tēperatiores ex carnib. ſi eſſet a Lege ſtatutū, ſunt carnes porcinę. Et Gal.
narrauit, ꝙ ſunt ſimiliores humanis: eo q̃d quibuſdā miniſtratæ fuerunt
carnes humanæ, nec poterunt diſcernere inter eas, & porcinas diuerſitatē
in odore, ſeu ſapore: propter ipſarū ſimilitudinē. Et ex hoc Canone dici-
Carnes porcinæ. — mus, ꝙ meliores ex carnibus ſunt, non propinquæ natiuitati: eo q̃d ſunt
multarum humiditatū & muſcilaginū: nec longinquæ a natiuitate: quia
ſunt multæ ſiccitatis & groſſæ. Nam illæ ſunt non bonæ, propter ueloci-
tatē deſcenſionis, et modicū nutrimenti ipſarꝝ:et iſtæ, propter tarditatē, et
reſidentiā ipſarum. Sed debent eſſe mediocres inter has:& maxime cum
ipſarū animal eſt ſanū in tempore tēperato, & paſcius affluentibus, & do
meſticū, utens motu tēperato, et motu a loco paſcuorꝝ ſuorꝝ per ſeipſum
reuertatur ad eundē. Ex quo cōuincitur, ꝙ non ſint herbæ illic necantes.
Homo eñ nouit quæ ſunt cōuenientes añalibus herbæ. Et poſſibile eſt,



ꝙ alicuius natura, alterius naturę cōueniat, & alterius ſit probatrix. Sicut
Elleborus eſt conueniens coturnici, Iuſquianus paſſerib. crocus bobus,
& hominibus tēperatus panis, & carnes bene coctæ. Niſi fameſcāt in ſto
macho ipſorū: quibus tunc cōuenientes carnes Camelinæ, & panis azi-
mus: et hoc propter uehementiā caliditatis ipſius. Quod ſi aceſcant in eo,
erit propter debilitatem, et frigiditatē ipſius. Sicut accidit Prædicatori cui
dam, de quo narrauit G. Ego tamen dico, ꝙ hoc accidit, quod orificium
ſtomachi ſit uehementis frigiditatis, & fundus ipſius in ultimo caliditatis
naturalis, inducit appetitum magnum, & digeſtionem bonam, & maxi-
me, cum appetitiua, & digeſtiua fortes fuerint, & corpus magnum, &
ferculorum foramina inter ipſum & fel exeuntia, fuerint larga, et tempus
hyemale, & regio ſeptentrionalis:& econuerſo.

### CANON DECIMVS OCTA- uus, De Carnibus ſylueſtrium animalium, groſſis, & ſubtilibus. Ad Tacuinum 15.

DE CARNIbus uenationū quadrupedū, ſylueſtres ſunt groſſæ
multū, et ſunt de cibis utentium exercitio. De carnibus uero auium, ſub-
tiles ex eis ſunt, ſicut phaſianorum, & ſunt de cibis conualeſcentium &
quieſcentium. Nec ſunt cōuenientes utentibus exercitio, neq; ſanis, neq;
etiam habentibus ſtomachum calidum, & maxime habentibus corpora
rara. eo quod corpra rara indigent cibo ad denſandum: & denſa econtra
cibis ſubtilibus ad tranſeundum: et ſtomachi calidi indigent groſſa ſub-
ſtantia, ut non conbinetur in ipſis. Et cauſſa quare ſtomachus cum de-
bilitate caliditatis, digerit corpora, quæ mollis, digerere non poteſt, ſicut
oſſa & cartilagines, eſt: quia illa non habent digeſtiuæ proprietatē, cuius
cauſſa corpus cibi per groſſiciem eius ſubijciatur corpori ſtomachi * de- — alias, lenis
bilis, & humidi exiſtentis. Sicut corpus hoīs ſubijcit̃ uelocius puncturæ
ſcorpionis, ꝙ̄ ſubtilib. perforatorijs: & ſicut ſubijciunt̃ corpora anima-
liū puncturæ ueſparꝝ, muſcarꝝ, et cimicū, cum nutriunt̃ ex eis: ſicut locu-
ſtæ, ſeu galli operant̃, ut cauda lapidē perforent, ubi ſemen initiatū con- *
ſeruandū ſit a frigore. Et huius uirtutis nutritiuæ reperitur inſtrumētum
in quibuſdam bene completū, taliter, ꝙ unus poteſt digerere, quantum
plures non poſſunt comedere. ſicut dicitur de filio Alleph, & alijs, quorꝝ
ſtomachus ſubijcit̃ cibis, & molleſcit in eis: ſicut molleſcit Adamas plum
bo mediante ſub mortello. Et operatur iſtorꝝ nutritiua in cibis multum,
ſicut operatur ignis ex lignis multis, modicū cinerem, quia digerit uelo-
citer. Et quædam partes in uapores ſoluuntur, exeuntes per mediū poro
rum: & partes aliæ educuntur per aliquē modum aliū purgationis.

### CANON DECIMVS NO- nus, De Piſcium natura, & digeſtione. Ad Tac. 17.

GALENVS dicit, ꝙ Piſces ſunt generaliter difficilis digeſtionis, — Piſciū natura
generantes plurimum flegmatis, & ſanguinem malum, & maxime illis,
qui eis non utuntur, niſi calefactis, & illis qui uino non ſemper utuntur.

B.48
-2-
-9-



Diuerſantur tamen ſecundũ ipſorum genera, loca, quantitatem & ipſorũ
cibum, & præparationem ipſorum: & plurimum de his diximus in ipſo-
rum Tacuinorũ capitulis. Meliores uero ex piſcibus ſunt ſaporoſiores,
Piſcium delectus. & boni odoris, et modicæ uiſcoſitatis, nutrimenti boni, pulchri coloris, et
de quibus pluries reperiuntur in aquis currentibus ſupra terram lapido-
ſam, quarum motus ſunt uerſus ſeptentrionem: peiores uero econtra-
rio. Et melius eſt, non potens eos digerere, ut quo comeduntur die, pro-
curetur uomitus: & peius, cum comeduntur, & deinde potatur aqua
niuoſa. Et utilius quod ſit, ad ſitim mitigandam ex ipſorum comeſtione
inductam, quæ ſit ex eorum unctuoſitate uiſcoſa poris ſtomachi inui-
ſcata, hoc eſt, quod ſtudeat bibere antea modicum uinum purum: ut
ad fundum ſtomachi deſcendant: deinde multoties utatur potu ipſius,
ut uelox ſit eorum deſcenſio. Et illis qui non adhærent huic curæ, eſt
utile peludith mellitum: poſt quorum comeſtionem non debet dormi-
* re, niſi digerantur. Et dixerunt quidam, ꝙ cauſſa, quare piſces ſitim fa-
ciant, eſt, quia frigidi ſunt & humidi: & omne ſimile, ſimile adpetit: &
propter hoc aquam adpetit, unde prouenit ſitis. Quia ſi res taliter ſe ha-
bet, ꝙ ſcilicet frigidum & humidum appetunt ſibi ſimile, ſicut aqua ni-
uem, & lactuca res abſcindentes naturaliter ſitim, erunt naturaliter pro-
uocantes ſitim, & nulli erit in hoc appetitus ſtomacha ratio, nec prodeſ-
ſet uinum in huiuſmodi ſiti mitiganda.

### CANON VICESIMVS,
De Carnibus membrorum Animalium, exteriorum & interiorum. Ad Tacuinum 18. 19.

MEMBRA Animalium, aſſimilantur animalibus, quorum ſunt
membra, & diuerſantur iuxta diuerſitates animalium ipſorum, & ſpecie-
rum earũ. Et propterea capita arietum, humidiora ſunt capitibus capra-
rum: & capita caprarum, humidiora ſunt cerebris capreolorum. Et ſic di-
uerſanẽ, ſecundũ plus & minus, unũquodq; tamen conuenit ſuo generi,
Quia etiã corda diuerſantur: quę generaliter calida ſunt & ſicca: eo quod
Membrorum qualitates. ſunt radix caloris naturalis in animalibus. Propter quod omnia membra
propinqua cordi, ſunt temperatiora, leuiora, digeſtibiliora alijs quæ e-
longantur ab eo: quia nutriunt ſanguinẽ quem cor & hepar decoxerunt.
Et econuerſo, membra quæ ſunt a medietate umbilici, uſq; ad caudam.
Et ſecundum hoc proportio erit. Quia membra quæ ſunt dextri lateris,
ſunt meliora ſiniſtris: eo quod ſunt propinquiora hepati. Et mẽbra quæ
ſunt propinquiora dorſo, per ipſorum motum, ſunt meliora propinquis
uentri; propter quietem ipſorum. Et membra, quæ ſunt propinquiora
ſuperficiei corporis, quia proxima ſunt aperturæ pororum, meliora ſunt
propinquis parti interioris corporis. Et carnes quæ adhærent oſſibus,
ſunt ſaporoſiores carnibus elongatis ab eis. Et medietas cartilaginum,
melior eſt ipſarum extremitatibus. Ruffus dixit. Laudo ſanitatem illius



corporis, cuius ſenſus nouit diſcernere inter hæc membra bonũ a malo.
Coci diſtinguunt inter hæc membra: licet ignorent caput eſſe locatum Miniſteria
ad hoc, ut ſit cuſtos corporis: eo quod in ipſo ſunt quinq; ſenſus, quibus membrorũ
per intellectum deliberatur inter bonum & malum. Et cor locatum eſt hominis.
in medio corporis, ut aërem adtrahat ſibi propinquiorem, obtemperans
frigiditate ipſius caliditatem propriam, faciens eius ſubtilem ſpiritum,
per quem diſtinguat quinq; ſenſus, & ex eius groſſo actus loquelæ, &
uocis. Inſtrumenta uero nutrimenti locata ſunt ſub eo, ut ſua caliditate
iuuet ea ad digerendum, & feſtinet digeſtionem, & adiuuet gigniti-
uam, & ad educendum fœtum, & ad expellendum ſuperfluitates. Ma-
nus autem & pedes ſunt inſtrumenta ad adquirendum, & ad fugien-
dum, & ſunt arma ad pugnandum. Dentes uero deputati ſunt ad in-
cidendum cibos, molares ad molandum, lingua ad loquendum, iſo-
phagus ad deſcendendum, uenter ad digerendum, inteſtina ad ſtercus.
Meſeraycæ uero ſunt uiæ, ad deferendum hepati ſubſtantiam a ſtoma-
cho ad hepar. Poſtquam autem decoquitur, conuertitur in quatuor ſub
ſtantias, ſanguinem uidelicet, humorem aquoſum, choleram, & melan-
choliam: ex qua Fel attrahit ſpumoſum ipſius: Splen melancholiam reſi-
dentem: Renes trahunt aquoſitatem cum ea commixtam. Demum re-
manet ſanguis purus, qui reſeruatur, ut corpus nutriat: cuius melius
aſſimilant ſibi teſticuli. Benedicatur ergo DEVS, qui glorificauit ho-
minem, ſtatuens animalia uiua ad ſeruiendum ei, & mortua ad nutri-
mentum, & exaltauit illum inter alias creaturas, propter rationem ipſi-
us: & ex pluribus non ſecuti ſunt mandata DEI, niſi pauci, qui in- ,,
ſpicientes mundum nihil eſſe, dimiſerunt ipſum, & ſecuti ſunt alium. ,,

### CANON VICESIMVS-
primus, De officio Coci; & ferculorum uaria præparatione, totiusq; Culinæ, cura. Ad Tacuinum 20.

ORDINATIONES, quas ordinauerũt Coci, dixerunt, quod
ſalita & ſtiptica, debent prius elixari cum aqua dulci, & deinde præparen
tur. Amara uero, & acuta præparantur cum aceto: & acetoſa cum ſalitis,
& econuerſo. Et inſipida præparentur cũ ſpeciebus calidis & ſale. Et car-
nes macræ cum unctuoſis: quæ carnes macræ debẽt prius elixari, ꝗ̃ præ-
parari ad uſum. Et aſſandas carnes ungere debes prius: quibus in aſſatio- Aſſata.
ne ſubmitti debet uas, continens aquã recentem. Et ſi humidæ fuerint car
nes, ſic aſſentur, ꝙ humiditates propriæ remaneant in eis: ꝗ, ſi ſiccæ fue-
rint, tamdiu aſſentur donec deſiccentur. Sit tamẽ cautela, quod uaſa non
cooperiantur, quibus præparãtur carnes ſylueſtres. Nec occidenda ſunt
animalia ipſo die, quo comederint allia, ſiue cepas: & ſi ferculum præpa-
ratum ſeruari debet in olla, lutetur creta coopertorium cum orificio ollæ.
Debent etiã mundificari carnes a ſuis ſuperfluitatibus antequã coquan-
tur. Magni gladij taliter præparentur, ꝙ in rumpẽdis oſſibus fruſta non

B.48
-2-
-9-



fiant minuta: parui uero acuantur, ut incidendo carnes non deuaſtentur. Tabulæ uero ubi carnes & herbæ inciduntur, bene radantur. Habeatur etiam cultellus ſingularis, quo cepæ incidantur: nec cum cultello ipſo, quo cepæ inciduntur, ſed cum alio pulchro, & mundo panem incidas minutim, qui ponendus eſt in brodium. Quælibet etiam olla habere debet ſuum coclear, & coopertorium ſuum: & ſpumetur olla iugiter, & mundificentur labia ſeu latera ollæ ipſius, nec in eis fiat aliqua combuſtio: & ſi aliquid in eadem olla combuſtum appareat, charta bombicina madefacta applicetur loco prædicto. Et ſi oportuerit aquam addere, in ipſam ollã aſpergatur, & non ſubito infundatur. Madefiant etiã labia ollæ aſſidue. Species, & Amigdalæ non piſtentur in mortario unctuoſo. Herbæ etiam non piſtentur in ruginoſo mortario, a quibus debet haberi ſuccus: & non ponantur in ſcutella. Fercula, niſi poſtquam ſedabitur

Lotio manuũ coci.

feruor ebullitionis ipſorum. Et lauet miniſter manus ſuas, priuſquã ſcutellet cibum ipſum, fumigans manus ſuas poſt ablutionem cum fumo ſandalorum: ut remoueatur odor ceparum. Nec obliuiſcatur, ante decoctionem ferculorum ſuffrixare carnes, cum ſpeciebus & cepis. Et in hoc eſt totum negocium coquinę. Dimittas etiam carnes groſſas una nocte manere ante decoctionem: deinde elixa eas cum aqua & ſale, ad ſubtiliandum eas. Nec decoquas carnes poſt occiſionem ſtatim, niſi prius

Ligna.

infrigidentur. Prohibetur etiam ferculorum decoctio cum lignis uiridibus: & eſt conueniens ignem efficere ex lignis, quæ non ſunt malæ qualitatis. Et ſi uolueris celeriter excoqui carnes, Boracem in earum coctura apponas, & in illis cera mittatur: ponantur in hæc uirgæ ficuum, & cortices melonum.

### CANON VICESIMVS SEcundus, Qua cura cibus ſumendus, & quæ fercula, quibuſq; de cauſſis fugienda. Ad Tacuinum 21.

Prohibita ferculorum mixtio.

ORDINationes meliorũ de meliorib. rebus, eſt non cõmiſcere in comeſtione unius diei duo fercula calida, ſicut pullos colũbinos aſſos, & allia. Nec duo fercula frigida, ſicut madira. i. carnes præparatas cum lacte acetoſo, & maſſia. i. carnes p̃paratas cũ ſero. Nec etiã duo fercula uiſcoſa, ſicut caſeum, & piſces recentes. Nec duo cibaria cõuertibilia, ſicut griſomala, & melones. Nec duo cibaria inflatiua, ſicut ſunt olera & fructus. Nec duo fercula ſtiptica, ſicut agreſtia & ſumachia. Nec duo cibaria groſſa, ſicut carnes ſalitas, & caſeum ueterem. Nec etiam duo fluxibilia, ſicut pinguedinem, & medullam. cuncta em̃ quæ diximus mala ſunt, maxime quando non ſucceſſiue comedunt̃, eadem comeſtione, & ſimul miſcent̃. Nec acetũ ſumatur poſt cibaria confecta de granozizo. Nec lac cum aceto, ſiue cum radicibus. Nec cepæ cum allijs. Nec carnes gallinæ præparatæ cum lacte acetoſo. Nec granata poſt frumentũ paratum cũ carnibus. Nec aqua dulcis, ſeu calida ſumenda eſt poſt ſtidibog, id eſt, carnes præparatas cum ouis, ſpeciebus & aqua, aut ſalſa cibaria. Nec aqua frigida.



poſt fructus, ſed cibaria calida, & chalde, nec carnes aſſatę cũ lignis laud., & aſſatæ cum lignis ficuum, & ſimilib. Prohibetur etiam comeſtio aceti uel olei, quę repoſita fuerint in uaſe æneo. Nec cibus calidus repoſitus nocte una ſub uaſe æneo comedendus eſt: nec in loco ſeu camera humecta: & præcipue ſi ſunt piſces aſſati cum oleo, uel aliquod aſſum, & in mantili calidum inuolutũ. Nec cibus, nec uinum, in quibus ceciderint formicæ, maltæ, ſeu alij uermes. Abſtinendũ eſt etiam a corrupris fructibus. Nec cibus qui amiſit ſuũ ſaporem & odorẽ, comedendus eſt. Et uniuerſaliter abſtinendũ eſt a quolibet cibo, in quo humanus non delectatur animus, nec ſenſus. ,, Nec bibas in comeſtione, nec comedas ſupra potũ. Cœna etiã minuenda eſt, ſi uis leuis * mane conſurgere. ,, Dimoueas etiã menſam, appetitu remanente comedendi.

alias, manere,

Prohibeas etiam cibos ſtipticos, colicam patientibus & ſenibus: & cõualeſcentibus groſſas carnes: quas concedes iuuenibus & exercitantibus. Scire etiã conuenit, q̃ licet ex omnib. cibis prædictis, protinus non ſentiatur læſio, ſentietur tamen in futuro: et præcipue ſi ſenes, aut alij frigidæ complexionis exiſtentes, utantur his cibis frigidis: & econuerſo. Nam uidi quoſdam, qui comederunt miſcentes duo diuerſa ſtiptica, quibus accidit colica in hora comeſtionis. Et * Ra. dixit, quod uidit quoſdã comedentes allia, & cepas, & accidit in oculis eorum debilitas uiſus.

alias, Ru.

Et alius dixit, quod inter nos ſunt duo fercula, quibus utimur, quæ non eſt hominum conſuetudo miſcere. nam ſi miſcerentur, interficerent comedentes. Propter ipſa duo cibaria uoluit hoc docere filium ſuum.

### CANON VICESIMVS TERtius, De Ciborũ diuerſitate, & uariã eorũ operatione. Ad Tac. 22.

CIBORVM partitio diuerſificatur, Aut ratione ſui. Et hoc eſt, aut ratione ſubſtantiæ ſuæ, quæ eſt cõueniens ad digerendum. ſicut ſunt carnes agnoꝝ animaliũ. Aut inconueniens. ut fungi. Et ſi ratione ſuæ quantitatis, non multũ replet, et modicum deſiccat. Et ſi ratione qualitatis, aut per oppoſitũ, ut ſi calidus ſit, replet cerebrum uaporibus, & ſtomachum humiditatibus: ſi frigidus, calorem extinguit. Aut per uirtutem, & operationẽ. ut ſit cibus morbis contrarius, & ſanitati conſimilis. Si ratione temporis: ut tardetur ciborum aſſumptio, donec choleræ fundantur ad ſtomachum: nec feſtinetur prius q̃ cibis ſtomachus mundificetur, ſed aſſumatur primo cibo digeſto, & ſtomacho mũdificato. Aut prolixitate temporis comeſtionis. et tunc primus cibus deſcendet primum, prius q̃ compleatur digeſtio. Et in his cibi ſtiptici primo ſunt aſſumendi. Aut ratione ordinis, cum ſubtiles cibos, groſſi præcedunt. Aut rõne mixtionis ipſorum. ut non ſint diuerſarum ſubſtantiarum, et ſaporum: tunc enim ab eis ſtomachus fatigatur. Et ſi eſt ratione appetitus: appetitiuum magis eſt * delectabile non appetitiuo. Cæterum ſi ſit non appetitiuũ, minus iuuatiuũ eſt, tanq̃ abominabile. Et ſi fuerit ratione ſtomachi. ſicut ſtomachus prauus (alias, paruus) impotens erit in digeſtione; et frigidus efficit

alias, diligibile.

B.48
-2-
-9-



humorem crudum: & calidus ſtomachus cibum comburit. Et ſi ratione potus: qui paulatim aſſumendus ſit: eo ꝙ multus potus cibum crudificat, & paruus comburit. Et ſi ratione comedentis: ante cibum conſyderet ipſum ratione complexionis, curationis, ætatis. figuræ, regionis, officij, & conſuetudinis. Nam cibi iuuenum habentium complexiones calidas, habentium membra magna, & poros apertos, laborioſi officij, in hyeme & regionibus frigidis omnes eſſe debent ſpiſſi & groſſi: & econuerſo. Et ſi poſt cibum: ſi ratione motus comedentis. Qui motus eſt duplex. Aut uitalis, ut ira, & timor: quæ duo cibum corrũpunt. Vel animalis. ſicut obuiatio maris & fœminæ: unde accidit arthetica. Et motus, & deambulatio poſt cibum, cibum crudificant, & deſcendere faciunt. Quies uero, ſicut eſt dormire ſuper lectum calidum, carbunculos accidere facit: & ſi in cameris calidis, ſitim accidere facit: & ſi in locis claris, & mali odoris, & multi clamoris, impedit dormitationem.

### CANON VICESIMVS quartus, De ſignis Digeſtionis bonæ & malæ, & Ciborum temperamento. Ad Tac. 23.

*Digeſtionis ſigna.*

SIGNA Digeſtionis ſunt, quando ſentiuntur utraqꝫ latera leuia, & umbilicus. Et quando dormitur ſupino corpore, ſtomachus manet depoſitus, & eructuatio accidit abſqꝫ ſapore, & appetitus cibi feſtinat, et ardere non deſinit, & pulſus minuitur, et urina citrinatur, & aromatizatur ſenſus odoratus, ſomnus ſedatur, ſaliua minuitur, et ſitis efficitur: et quando hæc erunt, completæ ſunt digeſtiones tres. Et ſi hæc memorata in diebus æſtiuis acciderint mane, & in hyemalibus diebus in meridie, erit bonum. Alioqui ingenietur quod fit. Si uero hominis ingenio permutatio hæc ex toto fieri non poſſit, ſaltem fiat ſecundum ſimilitudinem aliquam conuerſio æſtatis in hyemem, infrigidando locum, & alterando aërem, cum pannis raris & madefactis aqua frigida, & uentilatis uentilando, & alijs ſimilibus. Per hæc enim confortabitur ſtomachus ſenum & decrepitorum, in tantum, ꝙ fiet in digeſtione ſimilis ſtomacho iuuenum: & cum huiuſmodi rebus, & ſibi ſimilibus, poterunt ſenes digerere groſſos cibos, in regionibus meridionalibus, & temporibus calidis. Et per Canonem patet, ꝙ cibi temperati ſunt, in duobus temporibus temperatis, hominibus temperatis. In hyeme ſunt groſſi, propter occultationem caliditatis ipſius: et ſunt calidi, propter frigiditatem contrariam temporis. Et in æſtate ſunt ſubtiles, propter debilitatem caliditatis: et ſunt frigidi, propter contrarietatem caliditatis temporis. eo quod aër dominans corpori tẽperato in hyeme, facit quod digeritur uirtute caliditatis flegmaticum: et in æſtate debilitate ipſius caliditatis, et effuſione caloris exterius, facit quod digertiur cholericũ. Nam aër caliditate ſua in æſtate, non ſufficit cor infrigidare: nec aqua calida ſufficit uires ſedare ſitis. Et cauſſa in hoc eſt: ꝙ iuuamentum, quod in hoc aër præſtat, eſt ex ea frigiditate unde eſt ſua ſubſtantia. Terræ enim caliditate,

*Stomachi Senum fortificatio.*



ſicut Aethiopiæ, homines calidi ſunt, apti nati ad frigiditatem interiorum: nec eſt aliqua uia rectificatoribus, id eſt, curatoribus, ad auertendum eos ab illa natura, nec hyems ipſorum habet potentiam permutandi eos ab illa natura: unde cibum calidum recipiunt loco medicinæ in eorum ſtomacho. Et etiam ad mundificandum ſtomachum ipſorũ, Sclaui recipiunt res calidas in cibis: eo quod ſimiles ſunt in eorum complexionibus.

### CANON VICESIMVS quintus, De naturis Aſsatorum, & Elixatorum. Ad Tacuinum 24.

IN ASSATO duplex eſt modus conſiderationis. Vnus in compoſitione ſuijpſius. & huiuſmodi Aſſum nutrit nutrimento forti, & tardo. Alius modus eſt in comparatione ad Elixatum. et ſecundum hunc modum eſt humidius elixato. quia elixati diſſoluta eſt humiditas naturalis in brodio: et illud cuius humiditas naturalis eſt diſſoluta, eſt ſiccum: Aſſatorum uero in igne humiditas, non poteſt diſſolui, ſpiſſitudine ſuperficiei ſuæ: & illud cuius humiditas remanet, magis eſt humidum, ꝙꝫ illud cuius humiditas reſoluitur. Vnde ſi duo membra inter ſe ſimilia tollantur, quorũ unum exiſtens elixum, et illud eadem hora ſublatum de brodio, et aliud etiam aſſatum illa eadem hora ſublatum ab igne, reponantur ambo nocte una: mane ſequenti inuenies colorem aſſati ſplendidũ: cuius ſplendor eſt ex ſuperfluitate caliditatis & humiditatis, & aëreitatis. ſicut accidit iuuenibus in comparatione decrepitorũ. Saporem cuius etiã aſſati reperies delectabiliorem: delectatio enim in ſenſu guſtus eſt ab humido: et elixatum inuenies deſiccatum, & denigratum, et diminutũ a ſapore ſuo delectabili: eo quod in eo non exiſtit ſua humiditas naturalis: et brodium ipſius, et ex quo fit res ſe habet in eis. Aſſum ergo humidius eſt Elixo. Dixit. PP. Medicus. Pulli aſſati ethicis largiuntur, ut conſeruetur ipſorum humiditas, cum ſuperflua humiditate pullorum ipſorum. Nec eſt dicendum ab aliquo, ꝙ elixata habent humiditatem ab humiditate aquæ, loco naturalis humiditatis, ab eo per elixaturam ſublatæ: quia cum ſit accidentalis, non debet denominari ab ea: illa uero, humiditas quæ eſt ab ea per elixaturam ſublata, eſt ſua forma. Et nullus debet credere, ꝙ forma elixatorum ſit brodium: imo brodium eſt forma elixationis, & non elixatorum. ſicut ſunt carnes. Diuiſio enim eſt inter elixum, et elixaturam, et Aſſatum & Aſſaturam, et hoc propter diuerſitatem ſimplicium ipſarum: quarum noticia, in tertio Canone eſt, quem diximus.

*Aſſata.*
*Elixata.*
*Aſſatum humidius elixato.*
*Elixum. Elixatura. Aſſatum. Aſſatura.*

### CANON VICESIMVS ſextus, De Chalde cibo dulci, ſimplici & compoſito. Ad Tacuinum 25.

CHALDE eſt cibus, ſeu materia dulcis: & mundificat os a ciborum unctuoſitate: & recipitur ab hepate & uiſceribus, & per membra diffunditur, quæ multum nutrit, opilationem faciens. Et Chalde huiuſmodi di-

B.48
-2-
-9-



*Chalde quis cibus.*

uiditur. Nam alia ex eis fit artificialiter, & alia naturaliter. Et quæ a natura fit, ſi ſimplex eſt, eſt illa quæ fit ex elementis. Si compoſita, eſt illa quæ fit ex animalibus. Et ſi mediocris fuerit inter iſtas, eſt ex terrænaſcētibus. Illa uero quæ fit ex operatione elementorum, eſt, utpote Terregenbim, Siruſuk, & Manna. Illa denique quæ fit ex animalium naturis, eſt ſicut mel. Illa uero quæ fit mediantibus terrænaſcentibus, eſt ſicut Rucab, & canna mellis. Et illa quæ fit artificialiter, eſt ſimplex, uel compoſita. Simplex, eſt ſicut zaccharum & Rob. Compoſita uero ſunt, ſicut omnes modi qui fiunt artificialiter. Et Terrgenbim eſt ros, qui deſcendit in Chorasſam, ſuper arbores cadens, & dragantum: cuius complexio eſt ſubtilior zaccharo, & maioris mundificationis, & dulcedinis, & ipſa eſt humiditas qua fit laxatio. Siruſuk eſt ros qui cadit in Chora, de regiõe Choraſæ, ſuper arbores ſalicũ, & draganti: & eſt plurium uirtutum, q̄ꝫ ſit Terrgenbim. Manna uero cadit ſuper arbores landri, et glandium, in regione Saguiar, & Dyarbether. Et ex Chalde melior eſt, quæ cum pane conficitur: & peior eſt ex ea uiſcoſa, præparata cum oleo & amilo. Et cauſſa propter quam utimur cibis unctuoſis & dulcibus, qui præparati ſunt ex eis utentibus, hęc eſt: quia ſumus diſtemperati, contrario indigẽtes. Nam utimur cibis acetoſis prius pro cholericis, ad temperandam complexionem ipſorum. Nam poſtquã temperantiam conſequuntur, nutrimus ſimilibus, & præparata utimur chalde, ſeu dulcibus in fine comeſtionis. Et alia cauſſa eſt, quia dulce ſimilius eſt hepati, q̄ꝫ omnibus alijs membris: quæ dulcia hepar recipit ad ſui nutrimentum de cibis alijs, quæ ad alia membra nutrienda mittuntur. Et cauſſa ꝙ temperatũ repertum inter ſapores ſit dulce, eſt, quia omnes alij ſapores ſunt ab extremitatibus qualitatum, & dulce eſt mediocre inter ipſos temperatũ: eo quod ſit in medio ipſorum ſicut centrum: qualiter autẽ poſſibile eſſet, ꝙ centrum, quod eſt medium locatũ, reperiretᷣ in circũferentijs, ſeu extremitatibus? hoc certe impoſſibile.

*Terrgenbim.* *Siruſuk.* *Manna.*

CANON VICESIMVS SEPTIMUS, De Præparatorijs, & mundificatione, & conſeruatione Dentium. Ad Tac. 26.

PRAEPARATORIJS Dentiũ indigent, qui mundificare uolunt dentes, & expellere id quod remanet ex cibis inter eos. Nam quando aliquid remanet inter eos de reſiduo cibi, incipiet caliditas naturalis corrumpere ipſum, quod nocebit poſtea dentibus, & gingiuis, & maxime illorũ, quorum corpora calida ſunt. Et ſignum corruptionis eius eſt, ex odore illius quod remanet, quando interuallo temporis non mundificantur. Propter quod mundificantia offeruntur, Citonia maſticari ante alios cibos, ut repleãtur interſtitia dentium, qua de cauſſa reſiduum ciborum intrare non poteſt, unde corruptio ipſorum non fiet. Et hęc ſunt præparatoria iuuantia dentes. Et præcipue ſi miſceantur eis res dentes confortãtes, cum aromaticitate, & ſtipticitate. ſicut ſunt præparatoria magis conferentia. Sunt autem multum nociua, ſi conuertantur in uſum & conſuetudinem: tunc

*Citonia pro Dentibus.*



enim ſunt non iuuatiua: eo quod dentes mobilitant, & ætates minuunt. Ad abſtergendũ uero unctuoſitates ciborum, neceſſariæ ſunt res abſterſionem habentes. ſicut ſunt uſuen, zaccharum, et fabæ. Horobi uero farina eſt multũ iuuatiua ad abſcindendum horribilem odorem piſcium ſalitorum, & ſibi ſimiliũ. Et lac dulce abſcindit odorem, qui fit ex cibo, qui dicitur Dakerirata, & ſibi ſimilibus. Et hæc omnia obſunt dentibus, & laxant gingiuas: niſi abſcidatur eorum nocumentum cum rebus aromaticis & ſtipticis, ſicut ſunt ciperi, et ſandali. Et operatio cum oleis: ſicut lauatio facta cum eis quæ ſunt boni odoris, prodeſt ante cibũ: quia non permittit res mali odoris poros ſubintrare, quos iã impleuit. Et lauatio poſt cibũ cum aliquo oleo, ſicut amigdalarũ, prodeſt: eo quod ipſum oleũ poros ſubintrat, & ſuperfluitates contentas expellit, & aër circumſtans diſſoluit horribilem odorem factum ex putredine corruptionis.

*Dentibus nociua.*

*

CANON VICESIMVS OCTAUUS, De Aquarũ delectu & frugi potu. Ad Tac. 27.

AQVAE ſunt delatrices ciborum: eo quod per eas feruntur cibi per extrema corporis. Meliores tamen ex eis ſunt, quæ fluunt uehemẽter uerſus auſtrum, in oppoſitum ſeptentrionis, ſuper lapillos, non incedentes per loca plana, & ſunt dulces, lucidæ, claræ, & leues pondere, nullum habentes odorem, nec ſaporem, & caleſiunt uelociter oriente ſole, & infrigidantur uelociter occidente ſole. Deſcendẽtes ad ſtomachũ uelociter leuigant groſſos cibos in ſtomacho: & quantitas moderata ex eis, cibum ſubtiliat, deferens ipſum per membra: per quam aquam cõſeruatur humiditas membrorum radicalium, & acquiſita, ſeu rationalis: & cõſeruatur etiam caliditas innata, & acquiſita, ſeu influens. Nimiũ potata, corporis putredinem efficit, & carnis molliciem. & teneritatem: & multiplicatus potus ipſius, facit tremorem, ſtuporem & obliuionem, et ſitis debilitat appetitum, & corpus deſiccat, uiſum obtenebrat. Aquæ uero diuiduntᷣ. Quædam eſt frigida: quę appetitum confortat, coloris pulchritudinem efficit: digerit accidentaliter: quia aggregat partem ſtomachi ſupra digeſtionem cibi: modicũ tamen ex ea ſufficit ad ſitim ſedandam: prohibet ſanguinem a corpore, & uapores adſcendere ad cerebrum: ſanitatẽ conſeruat, & præſeruat a febribus, maxime in corporibus & complexionibus calidis: & obeſt catarris, reumatibus & apoſtematibus non digeſtis. Quædã eſt calida: quæ ſitim non mitigat, nec a membris recipitur: propter quod non oportet, ut multoties utantur potu. nam aſſumpta multoties complexionem corrumpit, molles inflatiões efficiens: cerebrum uaporibus implet, qui fluentes ad ſtomachũ mediantibus neruis, laxant eum, propter quod non digerit. Vnde plures uidimus de gentibus aquam bibentibus calidam, colorem habentes compoſitum ex uiridi & citrino, & ſplenem, & hepar habentes inflata, et lepram patientes. Nec cadit in nos reprehenſio ſuper eo, ꝙ Chriſtiani utentes ea, non offenduntur ab ea, nec accidũt eis incõmoda ſuper dicta: cum ipſi bibant eam uino commixtam. & tunc ,,

*Aquæ meliores.* *Aqua frigida.* *Calida.*

B.48
-2-
-9-



Aqua ſalſa.

non operatur in membris, niſi infrigidationem, & humectationem. Aqua ſalſa ſitim prouocat, calefacit, & deſiccat. Aufertur uero ſalſedo ipſius per ſublimationem cum cucurbitis, & alijs uaſis conuenientibus. uelut cum ſit uas cæreum, & ponitur in aqua ſalſa, & per ſubtiliationem, & reſudationem aqua ſubintrat ab exteriori, & efficitur dulcis: & aquæ bullire debent, uſque ad conſumationem tertiæ partis: deinde potentur. Nec ſit aqua in uaſis orificiorum ſtrictorum. nam hæc aqua, replet corpus uentoſitatibus cum ſugitur. ſicut eſt operatio uaſorum, in quibus reponitur foca. Nam hæc uaſa quando cum eis bibitur, replent corpus uentoſitate. Et de melioribus uaſis ad bibendum, ſunt uaſa de corio Tayf. Et aqua niui admixta, creditur inducere ſitim: eo quod cum maxima auiditate recipitur, propter frigiditatem ipſius, & maxime habentibus complexiones calidas. Et quando aquam bibere uolueris, bibas medietatem quantitatis totius quam exiſtimas ſufficere ad ſitim mitigandam, quam habes. Nam ex hoc aqua efficitur magis ſana corpori, & fortior ſtomacho, & urinam non multiplicat, & eſt magis cibi digeſtiua.

*

Niualis.

## CANON VICESIMVS nonus, De Vini natura, quæ meliora, quomodo, & quibus cōmode bibenda. Ad Tacuinum 28.

Vini uirtus.

VINVM CALEFACIT corpus, digeſtionem meliorat, membra humectat, ſyncopim & ſitim aufert, quando lymphatum fuerit, urinam prouocat, uentrem laxat, animum lætificat, ſolatium, libertatem, & prudentiam efficit, maxime corporibus temperatis. Et hæ ſunt operationes ſuæ, quando bibitur moderate. Cum uero immoderate bibitur, uigilias facit, & inflationes hepatis: appetitum, coitum & nutrimentum minuit. Lethargiam, malum odorem oris, tremorem corporis, agitationem, epilepſiam, debilitatem neruorum, & uiſus inducit: febres efficit, & ſenſus permixtionem, malum intellectum, paralyſim oris, & ſubitaneam mortem inducit. eo quod uinum cerebrum replet, & calorem ſuffocat: ſicut oleum abundans, lucernæ flammam extinguit. Et ſi aliquis inquirere uoluerit, inueniet decem uini iuuamenta: quinq; ex parte corporis, & quinq; ex parte animæ. Nam digeſtionem efficit meliorem, prouocat urinam, pulchrum reddit colorem, bonum odorem efficit, roborat coitum, animum lætificat, bene ſperare facit, & audaciam reddit, & pulchrificat diſpoſitiones corporis, et auariciam compeſcit. Et melius inter uina ad generandum ſanguinem temperatū in complexionibus temperatis, eſt uinum rubicundum, bene lymphatum, odoriferum, mediocre inter nouitatem, et uetuſtatem. Et habentes complexiones calidas, bibant uinum lymphatum, infundentes in eo panem ſimilaceum, & fruſta citoniorum, et poma. Quandoq; bibatur etiam poſt comeſtionem amigdalinum. Quod ſi uinum clarum quis uoluerit facere, terat amigdalas, & linguam bouinam miſceat, et colat. Hoc etiam taliter præpara-

Vinum rubeum.

Vinum clarum.



tum cor confortat. Recipiatur tamē poſt hoc ſorbitio una aquæ frigidæ. Habentes uero complexiones frigidas, non indigent. Vinum etiam non eſt bibendum a famelico, & repleto cibis ſalſis, acutis, & acetoſis: nec poſt aſſumptionem lactis, nec poſt cibum: ne forte opilationem & hydropiſim incurrat: ſed poſt duas horas uel tres bibendum eſt uinum. Cauendum eſt etiam, ne in bibendo diuerſa uina miſceantur. Nec bibendum eſt poſt balneum, nec poſt exercitium: nec per diuerſas uices unius potus diuidatur in potionibus. Conueniens eſt, ſuffumigationibus uti. A colloquio duro, uel taciturnitate eſt abſtinendum, a ſomno, ebrietate, & a potu ſupra nauim quæ uelociter uehatur, a nimio motu, & ab aſpectu uini quod uaſa continent: nam hæc omnia potum minuunt, & ebrietatem faciunt. Si uero ſit numerus uaſorum continentium libram unam, ſecundum numerum quatuor humorum, hoc appetitum inducit, & ſomnum tranquillum facit, et cibi digeſtionem.

Vinum quo modo, & a quibus bibendum.

## CANON TRICESIMVS, De Odoriferis, & eorum uſu per ſingulos anni menſes. Ad Tacuinum 29.

AROMATICA, & alia redolentia in cameris repoſita, aerem rectificant, et cerebrū confortant, adeo, ꝙ uapores uini non recipiūt, ipſum corrumpentes: et hoc fit cum aromaticis frigidis. Faciunt etiam redolentia prædicta, delectationem ſenſus odoratus, et complent delectationem ſenſuum reliquorū. Et hæc aromata diuerſantur, ſecundum diuerſitatem temporū. Nam quædam reperiuntur menſe Septembri: ſicut ſunt limones, lemoncelli, uiolæ, narciſſi, maiorana: in Nouembri, ſicut arangia, & ſodula: in Decēbri, ſicut reſidui fructus: in Ianuario. ſicut nabech: in Februario incipiunt apparere roſæ, & omnes arborum flores: in Martio, ſicut Bahar, et eodem menſe frondeſcunt arbores: in Aprili, ſicut ſambuci, et flores mandragoræ: in Maio ſunt melones aliquantulum redolentes odore fructus, & nenufar: in Iunio ſunt mala, & melones bene redolentes: in Iulio ſunt citonia, & perſica: in Auguſto ſunt citra immatura, & omnes alij fructus. Verum omnes hi fructus feſtinant in regionibus calidis, et retardant in frigidis. Et ſermo noſter in hoc non eſt, ut comedantur, ſed ut odorentur. Cauſſa tamen diuerſitatis inter colorem, & odorem ipſorum, eſt propter diuerſitatem complexionis ipſorum in calido, frigido, ſicco, & humido. Et cauſſa quare quidam conſeruant fructus, quos alij non conſeruant, eſt aſſimilatio, quæ eſt in complexione inter fructus, & illos qui ipſos conſeruant: eo quod ſimile delectetur ſimili: & ob hoc habentes temperatas complexiones, delectantur in uiridi complexione: quia res uiridis coloris ſunt temperatæ: & habentes melancholiam, libenter uolunt morari in locis obſcuris: & plures ſunt qui gaudent in contrarijs: eo quod cœperunt deuiare a ſanitate modicum. ſicut calefacti gaudent in frigiditate, & habentes in cerebro groſſos uapores, in odoribus calidis, ſicut in naphta, et pice. Nec eſt mirandum

Quibus aromaticis per ſingulos menſes utendum.

de hac diuerſitate: quia plures ſunt qui gaudentes ſubmittunt ſe muſicæ melodijs, & plures alij, qui recedunt ab ea, audire nolentes: et ſimile his reperitur in ſaporibus. nam quidam appetunt aliquem ſaporem, quem alij abhorrent.

### CANON TRICESIMVS primus, Quæ ſecundæ menſæ conueniant, uel diſconueniant. Ad Tacuinum 30.

OPERATIONES rerum, quæ ueniunt in ſecunda menſa, id eſt, in fine prandij, uel cœnæ, ſunt uel ad reprimendũ, uel ad ſedandum uapores ex uino, & mitigandum abominationes: ſicut operatur calefactis rabes, mala, lactuca, papauera. Vel ad prohibendum anxietates, quæ accidunt ex potu uini: ſicut operantur limoncelli, cum ſuguntur poſt uinum, & caules præparati cum ſpeciebus. Vel ad conſeruandum uocem: ſicut Canna mellis, uel Candi. Vel propter faſtidium ſtomachi: ſicut cum recipitur bolus, & res ſalitæ. Vel propter frigiditatem, & debilitatem ſtomachi: ſicut Ciperi, teneritates palmarum, id eſt, Cephalíones palmarum. Vel propter coitum: ſicut decrepiti, cum aſſumunt zinziber, ſeu citrum conditum, & * cannam mellis elixam. Vel propter ſtomachũ diſſipantẽ caliditate ſua in eo contenta: ſicut cum aſſumitur biſmagnard, & ramalæ factæ cum carnibus. Iſta tamen prohibentur habentibus ſtomachum frigidum. Et de melioribus ſecundæ menſæ, ſunt illæ, quarum aſſumptione non fatigatur anhelitus, nec ſtomachus diſſenſionem ſentit ipſarum: contrariæ uero corrumperent cibos prius aſſumptos, & exirent indigeſti cum uino tunc aſſumpto: propter quod aſſumentes hæc & bibentes, efficiuntur propinquiores ebrietati, cõmorantes diu in anxietatibus & ſtupore ipſius ebrietatis: & efficiunt laſſitudinem, & turbationem in ſenſibus. Et de deterioribus ſecundæ menſæ, eſt comedere infra potus, & maxime Chalde. Nec debet quis decipi ſuper conſuetudine, quod non offendatur ab his, qui uſus fuerit prædictis. Nam uirtus prohibet quidem quantum poteſt aliquo tempore, uel ætate, demum autem deſiſtet, ſeu fatigabitur aliquo tempore, & apparebit poſtmodum nocumentum, conſuetudine non obſtante. Et de melioribus rebus ſecundæ menſæ, ſunt omnes res mundificantes, & ueLociter tranſeuntes, & quæ uapores aſcendentes prohibent: ſicut papauera, & zaccharum cum aqua roſarum, et ſorbere aquam frigidam, ſicut fit in ſecunda menſa.

alias, grana mellis elixa.

Meliora ſecundæ mẽſæ.

### CANON TRICESIMVS ſecundus, De Muſicæ uſu & operatione, animæq; accidentibus. Ad Tacuinum 31.

Muſicæ operatio.

MVSICAE INSTRVMENTA ſunt iuuatiua ad conſeruandam ſanitatem, & reſtituendam amiſſam, iuxta diuerſitates complexionum hominum. Nam & antiquitus ordinata erat hæc ars, ad retrahendum animos ad ſalutiferos mores: & deinde Medici exercitati, uel



ſciſcitati ſunt ad curandũ per ea corpora ægra. Igitur ſic ſe habent toni ad ægros, ſicut medicinæ ad corpora ægra. Et operatio muſicæ ad animos, eſt manifeſta in inceſſu camelorum, quando ductores ducunt eos oneratos, & cantant: quia confortantur ex hoc: et in pueris, qui etiam delectantur in cantu. Et cantus etiam habilitatem operatur & delectationẽ, et confert ad orationes prorogandas, et locutiones: & medici utuntur eo, ad mitigandũ dolores: eodẽ modo faciunt ferentes grauia onera, qui ut facilia, & leuia uideantur, cantant. Et de Cantibus melior eſt, qui ſe habet in æquali proportione, ad ſonos inſtrumentorũ, ad chordas, & ipſorum intenſiones, & ad ſonitum fiſtulæ aptatum, iuxta ordinationem proportionis uocis. Vnde pulſatio, eſt motus uocis, temporibus proporcionatis. Et melior inter ipſas, magis adæquata in ſe ipſa: & ſi egredietur ab hac uia, ordinandũ eſt, quod iterum redeat ad eam: & ſi naturaliter non poteſt ad uiam ipſam redire, ingeniandum eſt ut redeat. Et accidentium Animæ ſunt quinq; ordines, ſcilicet Ira, Gaudium, Verecundia, Anguſtia, & Timor. Et cauſſa in hoc eſt: quia cor aut mouetur uerſus partes pectoris, aut uerſus partes dorſi, aut utrobiq;. In quolibet iſtorum modorum mouetur cor, uel impetuoſe, & repente, uel paulatim, & ſucceſſiue. Si impetuoſe, uerſus pectus, operatur Iram: ſi paulatim, Gaudium. Si impetuoſe uerſus dorſum, Timorẽ operatur: ſi paulatim, Anguſtiam: ſi utrobiq;, operatur Verecundiam, & Triſticiam. Et hæc uocantur accidentia Animæ. Sunt & uitales cauſſæ deferentes, qui ſunt Senſus, & Cogitatio. Senſus uidelicet deferunt ad cor delectabilia, & non delectabilia: & Cogitatio etiam eodem modo. Et Anguſtiæ ſunt de rebus præteritis, et Triſticiæ de rebus compoſitis ex ſpe & deſperatione.

Cantus muſicus.

Accidentia Aniæ quinq;

### CANON TRICESIMVS tertius, De Somni operationibus & cauſſis. Ad Tacuinum 32.

SOMNVS NATVRALIS, fit ex uaporibus humidis reſolutis ex cibis, cerebrum aſcendentibus, & replentibus, faciens quieſcere ſenſus ab exercitio uigiliarum: & facit etiam corpus quieſcere a labore, & ſollicitudinibus, præparans cogitationes & rationes, humectans corpus, cibum digerens, ex reditu caloris naturalis ad interiora: exteriora tamen corporis infrigidat, propter quod dormientes cooperimento indigent: & ideo digeſtiones quæ fiunt in hyeme, ſunt meliores, quamuis cibus ſit multus: eo quod caliditas * adurat interius, & noctes ſunt prolixiores & frigidiores. Et ſi forte cibus digeri non ualeat, ſed corrumpitur, uapores calidi ab eo reſoluti, cerebrum aſcendunt, propter quod uigiliæ accidunt. Indiget enim propter hoc confabulationibus, quibus ſomnus prouocetur. eo quod non dormire, corpus deſiccat, membris & cerebro nocet, ſenſus permiſcet, acutas ægritudines commouet: qua de cauſſa præcipiunt Medici, habentibus corda frigida, recitare coram eis, hiſtorias iracundiam prouocantes: & habenti-

Somni operatio.

alias, adunatur.

Vigiliæ.

bus corda calida, hiſtorias miſericordiam continentes: ut obtemperentur complexiones ipſorum. Et cauſſa in hoc eſt, quod confabulationes ſomnum prouocant: eo quod auditus recipit abſq; motu naturali qualitates ſenſibilium, & quia auditus recipit delectabilius ipſorum, uel eorum quæ audit, & imaginationi tranſmittit: imaginatio uero rationi: ratio uero admiratur de præſentatis, donec fatigetur ex admiratione prædicta, ita quod ex multiplicata admiratione imaginabilium receptorum, quibus intenta eſt, uirtus ipſa audibilis, audibilia non præſentat: propter quod quieſcit inſtrumẽtum auditus ab apprehenſione ſenſibilium, cum alijs ſenſibus: unde prouocatur ſomnus, ipſis ſenſibus quieſcentibus ab apprehenſionibus in uigilijs factis: licet cogitatio ſeu ratio remaneat, diſtinguens ſenſus a ſenſibus præſentatis eidem: propter quod accidit, quod plurimi dormientium uident in ſomnis, quæ in uigilijs uidebant. Sermones ergo qui recitantur, delectabiles debent eſſe ornatu uerborum, ut ſomni prolixi fiant, & dormientes non uideant ſomnia timoroſa. Nam timoroſa ſomnia male digerere faciunt, conturbant ſenſus, ſpiritus, & ſanguinem. Somnus uero fit, quando cerebrum repletur uaporibus reſolutis ex cibis. Fit etiam ex diminutione ſpirituum, facta ex nutrimenti defectu: quod mediantibus ſenſibus percipitur. Fit etiam ex motu: eo quod per ipſum motum uapores humiditatũ cerebrum aſcendunt, ſomnum prouocantes. ſicut accidit infantibus cum nauiculis deducuntur. Et aliquoties ex motu uapores calidi aſcendunt, timores facientes. ſicut accidit decrepitis a ſomno expergefactis. Et conſilium eſt ad hoc, ut ſomnus prouocetur, & deambuletur poſt comeſtionem aliquibus paſsibus, ut cibus deſcendat ad fundum ſtomachi. Deinde, quod dormire ſtudeat, primo ſuper latus dextrum, ultimo ſuper ſiniſtrum, poſtmodum uero aſſurgere a ſomno ipſo. Leuitas uero, alacritas, & magnanimitas, quæ accidit in expergefactis, accidit ex bona digeſtione, & mundificatione ſpirituum, a uaporibus malis: & econuerſo.

Somniorum cauſſæ.

Somnia timoroſa.

CANON TRICESIMVS quartus, De uarijs Purgationibus, & Coitu. Ad Tac. 13.

Minutio.

PVRGATIO eſt uaria. Nam quædam eſt per Minutionem: & hæc fieri debet, quando leuitas corporis eſt diminuta, & multiplicatur conſtipatio, ſeu extenſio corporis, cumq; rubeſcit facies, urina & pulſus magnificabitur, & uenæ ingroſſabuntur: & poſsibile eſt, quod ſentiatur aliquis pruritus in loco minutionis, & dolor in renibus: uel ſentiatur ſapor ſanguinis in guſtu eius: quando hæc ſigna apparuerint, in phlebotomatione uenæ Cephalicæ trahatur ſanguis ex capite, & collo. Et phlebotomatio Baſilicæ, & Titillaris eſt conueniens ægritudinibus quæ accidunt a renibus uſq; ad pedes: phlebotomatio uero ſuperioris fit ad opus uentris & hepatis. Et uena Mediana, ſeu Purpurea, ſeu Antimonialis, aperitur generaliter ad totius corporis opus. Aperiatur attamen uena ictu phlebotomi facientis foramen amplum, a quo ſanguis cum intermiſsionibus permittatur exire, multoties digitum ſuperponendo loco minuto, conſyderantes, ætatem, uirtutem, conſuetudinem, & aëris complexionem. Et quædam per Purgationem uentris, ſeu membrorum urinalium. Quæ ſi medicinæ beneficio fieri debeat, fiat, cum ſigna repletionis humorum apparuerunt: quod ſi non appareant ſigna prædicta, caueas, ne laxes, ſeu conſtipes, ſano ſic corpore exiſtente: eo quod ex purgatione tali accidit dyſenteria. Et ex retentione ſuperfluitatis accidit ruptura, & colica: ex urinæ retentione, accidit apoſtema, & ſyncopis: ex urinæ fluxu, ſitis accidit & deſiccatio: & ex longa mora & premitu in cella, accidunt hemorrhoidę. Si uero purgatio beneficio Medicinæ fieri debeat decem attendenda ſunt præcepta. Nam fieri debet ante ſomnum, non poſt, & ante exercitium, coitum, er balneum, ante minutionem, ante ſcarificationem, ante cibum, & potum, ante nauigationem, & equitationem. Quod ſi purgatio per Coitum fieri debeat, uel ſibi ſimile, ſicut diximus in libro noſtro de coitu: uel per res multiplicantes ſperma ab interioribus ſumptas: uel per rẽs exteriores. ſicut per rem conuenientem, & appetitum, Coitum prouocantem. Sperma enim multiplicatur, aut natura, aut arte. Medicinæ uero Coitus ſunt duorum modorum. Aliæ ſunt calidæ, & humidæ, ſperma generantes, ſicut Oua, mediocriter ſemiaſſa, & ſorbilia, & Teſticuli gallorum. Aut inflationes generantes, & uirilia extendentes, ſicut cepæ, & erucæ ſylueſtres. Et habentibus complexiones calidas, & ſiccas, ſi coëant, nocet eis uinum, & iuuantur per frigida & humida, ſicut piſces recentes, lac dulce, & lactucas. Et habentibus complexiones frigidas & humidas, conferunt piſces, qui dicuntur ſicca racori: & carnes aſſatæ, cum ſynapio ſupra tegulam: & ſecatia, & ſemina heleni. Non eſt tamen coẽundum, niſi uentre leuigato: nam hoc erit ſalubrius, & certius ad generandum. Non etiam coẽundum, niſi primo cum muliere ludatur, & fricando plantas manus ipſius mulieris, & capiendo & ſtringendo leniter capita mammillarum: ut ambo prouocati, ſimul ſpermata emittant, ad hoc quod miſceantur. Cognoſcitur tamen appetitus mulieris in oculis ipſius. Et inclinetur ad latus dextrum, ut maſculus generetur. Deinde poſt coitum bibatur Dauit prumæ. Cauendum, ne maſculus conuertatur ad iterum coẽundum, niſi præcedat lauatio, & urinæ emiſſio: eo quod niſi talia obſeruentur, oculi natorum erunt niſi coloris cœleſtis.



Purgatio Medicinalis.

Coitus.

CANON TRICESIMVS QVINtus, De Exercitio & Motu corporis multiplici: & Quiete. Ad Tacuinum 14.

FINIS EXERCITII eſt in principio laſsitudinis, & frequentia anhelitus, & ſudor fluens * conſuetis: & principium corporis exercitij, eſt poſt digeſtionem completam, longum ſomnum, & urinæ tincturam. Et motus ante cibum eſt ualde utilis, & poſt cibum ualde nociuus. Niſi cibus propter delectationem ſtomachi, natet in orificio ſtomachi: &

* alias, conſuetus.

tunc utendum eſt exercitio moderato: ad hoc, quod cibus deſcendens re-
ſideat in ſtomachi fundo. Et quicunq; a ſomno grauis & piger ſurrexe-
rit, iterum ad ſomnum redeat, faciens tangi, & fricari corpus ſuum, quo-
uſq; urina citrinetur, & egrediantur ſuperfluitates ſeceſſus & urinæ, et al-
leuiabitur uenter. Deinde exercitetur paululum ieiunus. Cauendum eſt
etiam in utendo exercitio, ne membrum patiens exercitetur: ſicut poda-
gra laborantes inſideant ſellis equitando, & non laborando pedibus.
Exercitium autem diuiditur. Nam aliud eſt cõmouens totum corpus. Et
Exercitia uaria. huiuſmodi, Aut conuenit corporibus fortibus, continentibus ſuperflui-
tates. ſicut exercitium luctationis & ſaltationis ſupra ſcaphas, et etiam ſu-
pra pilas. Aut conuenit corporibus debilibus, ſicut equitatio equorum.
Aut partim corporibus mediocribus. ſicut ambulatio. Aut eſt particula-
ris, pertinens particularibus membris. Si manibus: ſicut plaudere cum
eis, aut mouere chordas lutinæ. Si pedibus: ſicut calcatio in torcularibus.
Si in pectore: ſicut cantus, et fiſtulatio. Et ſi eſt infantum, ſicut pueri mo-
tu cunarum: & ſi adoleſcentum, ſicut ſaltus in planicie, exercitium cum
inſtrumento pilæ. Et hæc diuerſificantur ad ſe inuicem ratione quantita-
tis: nam quædam ſunt diuturna, & quædam breuia. Aut ratione qualita-
tis: nam aut fortia ſunt, aut debilia, aut mediocria. Aut ratione motus: &
erunt, aut uelocia, aut tarda, aut mediocria. Et quando hæc combinaue-
ris, fient. 17. combinationes. Et ſi bene imaginaueris, inuenies aliquod
membrum prædictæ diuiſionis æquipollere alteri: ſicut motum uelocis
operationis, efficit motus fortis. Et hæ ſunt diuiſiones motus exercitatio-
Quies. nis. Et ex quiete ſuperflua, accidit opilatio, & repletio corporis, ex humo
ribus: cum corrupti fuerint: propter quorũ corruptionem febris accidit.

### CANON TRICESIMVS-
### ſextus, De Balnei iuuamentis & nocumen-
### tis. Ad Tacuinum 15.

Balnei operationes. IVVAMENTA Balnei ſunt hæc. Nam Balneum aperit poros, e-
ducit ſuperfluitates, uentoſitates diſſoluit, urinã fluere facit, ſtringit uen-
trem ex indigeſtiõe, et abſtergit ſordes ſudoris, delet pruritũ & ſcabiem,
aufert laſsitudinem, corpus humectat, uentris digeſtionem prouocat, cor
pus pręparat ad recipiendum nutrimentũ, membra deſiccata ex paralyſi
lenit, digerit reuma cerebri, et catarrum, cõferens febri ephimeræ, & ethi
cæ, quartanę, et quotidianæ, poſt digeſtionem. Et hæc omnia probantur
a probis Medicis. Nocumenta uero Balnei ſunt hæc. Nam ex eo leniter
fluunt ſuperfluitates ad membra debilia, corporis laſſitudinem efficit, de-
bilitat calorẽ naturalem, & membra neruoſa, aufert cibi appetitum, coi-
tum minuit. Et tempus introitus ad balneum, eſt poſt exercitium mode-
ratum, et ante cibum. Niſi corpora ſint habentia poros apertos, aut laxa
fuerint, aut multorũ cholericorum humorũ, aut fuerint impinguari uo-
lentia. Amplius, Balneum corpus permutat tribus de cauſſis, ratione aë-
ris, aquæ, et operatiõis ipſius. Aër uidelicet iuxta camerarũ naturam. A-



qua uel dulcis, uel non dulcis. Et ſi dulcis, calida, uel frigida: non dulcis,
ſalſa, uel non ſalſa, uel aluminoſa, & ferrea, et ſimiles. Similiter ab opera-
tione ipſius. Nam aut fit balneatio cum fricatione, aut ſine fricatione: fri-
catio uero, aut fit cum inunctione olei, aut ſine: et inunctio olei etiã quan-
doq; fit cum flamine, quandoq; ſine: et hæ oẽs fricationes, aut leues ſunt,
aut fortes. Ie. dixit. Caueas ne ingrediaris balneũ, et egrediaris calefactus,
ſed in unaquaq; camera modicum cõmoreris. Laua etiã caput tuũ, quali- Lotio, abſterſio, & pectinatio capitis.
bet ſeptimana, ſi uolueris, ꝙ pili barbæ nõ cadant. Abſterge etiã capillos
a ſudore in eo, cum modico ſalis: et pectina multoties caput. quia uiſio-
nem confortat, corpus alleuiat. Faciem uero laua cũ farina fabarũ ſeptem
diebus in uentre melonũ, et ſępius permutata per eos. Deinde reponatur
in lacte: quod ſæpius permutetur: quæ farina ſic imbibita, poſtmodũ deſic-
cetur, & miſceatur cũ radicib. croci, alcanuæ, et boraginis, & de quolibet
ana, partẽ unam. Deinde balneatus gradatim cameras egrediatur, et indu
at camiſiam ſuffumigatã. Abſtinens a mulieribus die una & nocte.

### CANON TRICESIMVS-
### ſeptimus, De figuris Balneorum, deq; uaria Pilorum
### artificio. Ad Tacuinum 16.

INVENIANTVR in Balneo figuræ, quæ commoueant appeti-
tiuam, ſeu deſyderatiuam uirtutem. ſicut figurę conuiuij, ſeu nuptiarum:
at figuræ quæ cõmouent, uirtutem iraſcibilem, ſicut figuræ præliorum,
uel declarantes prælia, non inueniantur, ſed figuræ quę commouent uir-
tutem ſenſitiuam, ſicut figuræ laudabilium philoſophorum. Et hæc cau-
ſa eſt, quod appetitus, & ira ſequuntur complexiones, quæ ſunt latrices
uirtutum: & cum tales debilitentur in balneo, aſpectus iſtarum duarum
figurarum, remouebit nocumentum prædictum. Et quando pulchrius
egit humana diſcretio iuxta huiuſmodi proportiones, inuenies artes ſca-
corum, & taxillorum: & facies has res ſimiles euenientibus in hoc mun-
do, ſcilicet euentum, et præuiſionem. Nam Scaci aſſimilantur rebus, quæ Scaci.
ſunt iuxta diſcretiuam pręuiſionem: et Taxilli aſſimilantur rebus proue- Taxilli.
nientibus a caſu, et fortuna. Et Alfarabius dicit, quod figuræ & ſtatuæ fu
erunt magnæ artis: quibus non utuntur moderni. Iam locuti fuimus de
diuiſionibus Balneorũ, remanſit nobis loqui de Pilis. Augent pilos hæc.
Accipe emblici, & draganti, & gumi, æquali pondere, uitrioli dimidiam Pilorum tinctura.
partem boracis, & hæc omnia miſceantur, & informentur ſucco bletæ, et
felle uno uaccino, & utatur. Et medicinæ quæ creſcere faciunt ipſos, ole-
um de Alchanna, & oleum de Myrtha. Secundo de his, quæ nigrificant.
Accipe Litargyrium aſperũ, æris combuſti, & partem calcis, luti uiridis
partes duas, & formẽtur cum aqua ſaporis. & utatur. Aut nuces combu-
ſtæ cum corticibus ſuis, tingunt ipſos per ſe. Papaueres rubei, quando
mittũtur in ampullã, et ſub eis, & ſuper eos aureum unũ æris combuſti,
& deinde ponãt ſub fimo recenti. 20. diebus, tingent eos eadẽ hora. Aut
lima eos cũ folijs indici, et poſt limatione alchannę. Tertio de his qui uo-

*Capilli albi.*

lunt dealbare capillos. Suffumigentur cum ſulphure, uel ſtercore hyrun-
dinum: uel aſſumantur uermes coruorū, ſeu cornicum, iugulatarum, & co-
poſitarum ſub fimo recenti, tribus diebus: & ponantur in cacula, & co-
operiantur oleo, tantum dimittens bullire, quouſq; liquefiant, aut diſſol-
uant̃. Deinde inungas ex hoc quatuor uicibus pilos, & fiunt albi. Quar-
to de prohibentibus ipſorum ortum uniuerſaliter, & fit hoc modo. De-

*Ne pili creſcant.*

piletur locus: deinde madefiat farinę fabarum aqua: ex qua locus empla-
ſtetur. Et eodem modo fit de phaſeolis, maxime quando decoquuntur,
& poſtea deſiccantur. Quinto de facientibus ipſos oriri, hoc modo. Ac-

*Vt pili creſcant. alias, elindri.*

cipiantur ungulæ nigrę pecudum, combuſtæ, mixtę cum oleo, cum qui-
bus locus emplaſtetur. * Obendri, cufri, modus quidam ambræ, opera-
tur hoc modo ad tincturam pilorum.

CANON TRICESIMVS-
octauus, De ſuffumigationibus aromaticis, Syrupis, & ua-
ria eorū confectione. Ad Tacuinum 17.

RES AROMAticæ boni odoris, ſunt nutrimētum ſpirituum, quæ
latores ſunt uirtutum, deferentes ipſas: & habent ſe ſicut aër præparatus
ad recipiendam & deferendam lucem. Qui odores diuiduntur in mul-

*Odorum partitio.*

tos ſimplices. Nam quidam eſt ex arboribus & floribus, ſicut lignum A-
loës, aromaticę ſpecies, ſandalus, et camphora. Et quidam ex animalibus.
ſicut Muſcus, & Sirbeth. Et quidā ex fontibus ſcaturientibus, ſicut Am-

*Neda.*

bra. Et in multos compoſitos. ſicut Neda: quæ fit diuerſis modis. Nam
quædam dicitur Neda trina: quæ fit hoc modo. Reci. ligni aloës triti ſub-
tiliter, & educti per pannum de ſeda partem .1. muſci triti partem .1. am-
bræ partem .1. Deinde diſſoluatur ambra, & miſceatur cum alijs, et confi-
ce: & fac ex eis ſcucetra, & operare ex eis ſuffumigationes. Et Neda dua-
lis, ſeu media, fit hoc modo. Reci. medietatē muſci, et ambrę medietatem.
Et quidam confectores miſcent cum eis camphoram, ab una carata uſq;

*

Dauit. Fit etiam Neda ex duabus partibus muſci, & tertia ambræ. Fit
etiam alia confectio ex ligno Alöes hoc modo. Recipe ligni alöes fruſta-
tim diuiſi, & lima ipſum. Deinde accipe muſci ana partem .1. ambræ au-
rum medium, & camphoræ modicū: in liquefacta ambra & camphora,
inungantur fruſta ligni alöes, & deſiccentur in umbra, et reſeruētur. Aut
recipe ligni alöes triti, et cribellati, et miſce cū muſco & camphora, & con
fice cum ſyrupo lulep, & fac trociſcos: quos deſine ſiccari: et ſuffumiga ex
eis. Et qui nouerit eos conficere cum camphora reſoluta, non curet cum

*Syrupi.*

ſyrupo conficere. Et de ſyrupis, quidam ſunt ſimplices, quidā compoſiti.
Si compoſiti, uel ex floribus. ſicut qui fiunt de nenufare, & roſis. Vel de
fructibus acetoſis. ſicut aceto. Aut ſtipticis. ſicut poma, & citonia. Aut de
radicibus & ſeminib. ſicut ſemina feniculi, et radices capparis. Et Canon

*Canon de Syrupis.*

iuuamenti Syruporū eſt talis. Cum aggregantur in ſyrupo acetoſa & ſti-
ptica, infrigidat ſyrupus ille, et uincit choleram. ſicut eſt ſyrupus acetoſus
de citonijs, quem compoſuit G. Et cum aggregantur in eo res dulces &



acetoſæ, ſyrupus ille incidit, & ſubtiliat moderate. ſicut ſyrupus acetoſus
ſimplex. Et cum conficitur ex amaris ſtipticis, aperit opilationes, & ſub-
tiliat. ſicut ſyrupus qui fit de radicibus feniculi, & capparis. Et cum
aggregatur ex rebus uiſcoſis ſtipticis, et dulcibus, laxat. ſicut eſt ſyrupus
de uiolis, & roſis confectus. Et ſyrupi ſtiptici, & aromatici confortant ce-
rebrum & hepar. ſicut ſyrupus de ſandalis.

CANON TRICESIMVS NONVS,
De Syruporū adminiſtratiõe, & Habitaculi præparatiõe. Ad Tac. 18.

DE NECESSItate prohiberi debent acetoſa, ſtiptica in ſyrupis
illorū, qui patiuntur pectoris ægritudines, & tuſſim. Prohibent̃ et dulces
res patientibus dyſenteriā & lienteriam. Imo aſſidue exhiberi debent ſti-
ptica, ad ſtringendū, et dulcia, ad lubricandū, et acetoſa ad ſubtiliandum,
aperiendū, et incidendum, et frigida ad ingroſſandū. In confectione uero

*Syruporum confectiones uariæ.*

ſtipticorū non conficiat̃ ſyrupus cum ſtipticis, niſi in uaſe lapideo, deſpu
mādo ipſum cū cocleari ligneo: ut extrahat̃ ſuccus fructuū ipſorum poſt
contritionē ipſorum in mortario ligneo, uel lapideo: et non trahat̃ ſuccus
poſt collectiōem fructuū incontinenti, imo dimittant̃ prius per noctem
unā. Et de uiolis auferant̃ ſtipites, et capita, ſeu botri. Et de roſis auferātur
capita ſeu botri, et ſemīa. Nenufaris ſolū flores et folia: teneant̃ ad uſum.
Radices uero, et oēs res ſiccæ, infundant̃ in aqua, & diu morent̃, prius q̃
decoquant̃. Recentes tamē, hora qua colligunt̃ in decoctionē mittantur.
Res quæ tranſmutari debent, ſicut roſæ, mittantur in aquā, de quibus fit
aqua roſarū rubea: tranſmutent̃ reuoluendo, tritis prius: & ſyrupi deco-
quant̃, adeo deſpumādo ipſos, donec mundificent̃, et clareſcant. Syrupi
uero, qui cum acetoſis conficiunt̃, decoquant̃ adeo, donec ad quātitatem
zacchari reducant̃. Syrupi qui fiunt cū dulcibus, adeo decoquant̃, donec
a corruptione ſeruent̃. Albugines uero ouorū cum aqua & zaccharo du
ctæ, cōmiſce ante cocturā ſyrupoꝝ. Quod ſi neceſſe fuerit, aquam & ſpēs
miſcere ſyrupis, non miſceant̃, niſi prope finē decoctionis ipſoꝝ. Ignis ue
ro, quo decoqui debent, ſit ſuauis circa latus unū roſis ſubmiſſus, ad hoc,

*Præparatio Cameræ.*

quod ſpuma cadat circa latus idem. Narratio uero quā de Cameris feci-
mus, fuit, quia loca ſunt cōuenientia ſpiritui animali, et uitali, quarū inſpi
ratus aër fit uacuus omnibus malis, & corruptis humoribus & qualitati-
bus, præparatus cum odorib. aromaticis. Et æſtate pateant oſtia, & fene
ſtræ uentis ſeptentrionalibus, ad alterandas corruptiones ipſarū. In hye-
me uero pateant, ut ſolis diſponātur ingreſſui, qui ſubtiliet aerem, & ua-
pores ipſaꝝ. Quāplures uero affectant, ut Cameræ depictę ſint, de pictu
ris, figuris, et ſtatuis: quod ſenſus odoratus, & uiſus delectationē percipi-
ant. Nam propter aſſiduū ad figuras aſpectū, prouocabitur ſomnus, ſicut
prouocatur cum hiſtoriæ audiuntur, in quibus animus delectatur.

CANON QVADRAGESIMVS,
De Aëre temperato, & diſtemperato. Ad Tacuinum 19.

AER ALIVS temperatus, alius diſtemperatus, Temperatus eſt,

Aër tempe-
ratus.

qui eſt ſubtilis, de uaporibus, delectabilis odoris, quo nec ſudant cor=
pora, nec frigeſcunt, uelocis mutationis ad caliditatem & frigiditatem.
In ſolis ortu & occaſu confortat uirtutes, obtemperans complexiones, &
mundificans humores, & clarificans ſpiritus, et meliorans digeſtionem.

Diſtempe-
ratus.

Diſtemperatus uero, in tota ſubſtantia ſua eſt ſicut aër epidimitus. Qui
accidit duobus modis. Vno, ex mixtione uaporę corrumpentium aërem
inſpiratum, reſolutorum ex lacubus circumiacentibus ciuitatibus, uel ex
cadaueribus accidentibus ex interitu beſtiarũ, uel occiſione in prælijs ac=
cidente: propter quæ accidunt periculoſę ægritudines. Alio, ex mutatio=
ne aëris ex anni temporibus accidente. ſicut hyems cum fuerit calida, &
non pluuioſa: & æſtas econtrario. Et ſi in qualitate ſua: ſcilicet cum erit ca
lidior, aut frigidior tẽperato: & hoc quinq; modis. Primo cauſſa tempo=
rum anni. Secundo ex ortu, & occaſu magnarum ſtellarum, & elongati=
one ſeu appropinquatione ipſarũ ad ſolem. ſicut Alhabor, et Cauda urſi.

Ventorum
operatio.

Tertio cauſſa uentorũ. Nam Septentrio prolongat uitam, et decorat cor=
pora, ſicut eſt uidere in Sclauis. Meridionalis uero econuerſo, Orientalis
eſt tẽperatus, ſimilis ueri, Occidentalis uariatur, ſicut Autumnus. Quar=
to cauſſa regionum: quæ diuiditur quinq; modis. Primo ratione uento=
rum, ſicut diximus. Secundo ex ſitu ciuitatum, uel terrarum. Nam terra=
rum altarum, aër & aqua ſunt clari, & colores incolarũ pulchri: imarum
uero econtrario. Tertio ex uicinitate montiũ: quia quędam regiones ſunt
habentes montes interpoſitos, & obſtantes uentis meridionalibus, ſicut
incolę regionum ſeptentrionalium. Quarto ex uicinitate Marium. Nam
quando fuerint maria ex parte meridionali, erit meridionalis. Quinto ex
mobili ſuperficie terræ. Nam terra ſaxoſa eſt frigida, & ſicca, & aqua eius
frigidior aquæ terræ limoſæ & lutoſæ, lapilloſa, calida. Quinto ex permu
tatione in qualitate aëris proueniente ex aſcenſione uaporum, & non in
ſubſtantia eius: ſicut diximus de aëre epidimito. Et eſt poſſibile, quod re=
gio ſit duarum naturarum, uel trium: quæ permutabunt diſpoſitiones, fi=
guras, & anni tempora ſecundum ſe.

CANON QVADRAGESIMVS=
primus, De habitatoribus Conuallium, & diſcrimine
Aëris. Ad Tacuinum 40.

QVANDO acciderit, ꝙ in montanis regionibus, habitationes fue
rint in conuallibus, pluuiæ hyemales ſuffocant eas, et caliditas æ=
ſtiualis eas comburit. Quorum habitantium corpora, propter ſiccitatem
ſunt ſubtilia, et artifices ſubtiliũ artium: & figuræ & diſpoſitiones eorum
pulchræ: et propter humiditatẽ aſſueſcunt habere ægritudines autumna
les: et remiſſio in his eſt manifeſta, & intenſio et remiſſio horum appare=
bit propter effectus prædictos, ſcd'm ꝙ quodlibet ex eis ſimplicium natu

Aër cali-
dus.

ram habet manifeſtam. Nam aer calidus efficit corpus macilentum, et ci=
trinum: ſitim prouocat, famem debilitat, cor calefacit, ſanguinem corrum
pit, febrem inducit, ſanguinem de naribus prouocat, et menſtrua: debili=



tat uirtutes, poros aperit, laxat corpus, & digeſtionem impedit. Prodeſt
uero habentibus catarrũ, & reuma, paralyſi uniuerſaliter, & particulari=
ter, quæ fit ex humiditate. Aër uero frigidus econuerſo. Sed Aër humi=
dus, conſeruat corpus humiditate, & prodeſt macilentis, & humectat co
riũ & carnẽ, præſtans corpori aquoſitatẽ, & pulchrũ colorem. Et aër ſic=
cus econtrario. Obuiatur iñ his quæ fiunt ex aëre calido, præparãdo hoc
modo. Inueniunt Criptæ, uel Domus ſubterraneæ, in quibus morandũ
eſt: quæ domus uel criptæ, ſunt inueſtitæ, ſeu incortinatæ pãnis, ſeu cor=
tinis ſubtilibus, & raris: & aqua frigida potanda eſt. Aëri uero frigido
obſtatur, morando in locis calidis, & induendo bonas ueſtes, & cale=
faciendo per ignem. Aëri uero Sicco, morando in loco delectabili, bi=
bendo aquam frigidam. Aeri uero humido, morando in domibus altis,
quas ſol ortu ſuo repercutiat. Et ſciendum eſt, quod iuuamentum acci=
dens ex aëre, & ex ſua frigiditate, non eſt ex ſua ſubſtãtia: & propter hoc
ſuffocari uidemur in aere balnei. Aere uerumtamen egemus magis a=
qua: eo quod famelicus, & ſiticuloſus, ſi ſtrangulari iubeatur, eo diſſo=
luto, uel liberato prius quam per ſtrangulationem pereat, uelocius cur=
rit, ad aerem recipiendum, quam ad aquam, uel ad cibum. Eſt etiam poſ= ,,
ſibile, quod homo longiori tẽpore uiuat, præter potũ aquæ, quam præ= ,,
ter aeris attractionem. Et aer eſt unũ ex elementis: & aqua eſt uapor re=
ſolutus ex terra rorida, propter ſolis inceſſum per zenith loci illius: & na
tura uaporis, eſt ſicut natura terræ a qua reſoluitur. Et hoc eſt ul=
timum de narratione ſex Rerum non naturalium. Remanet
tamen dicere cauſſam, quare ſint ſex. Et diximus, quod
cauſſa in hoc eſt, quia huiuſmodi uirtutes ſe=
quuntur, quæ ſunt tres: ſcilicet Naturalis:
quam ſequuntur Cibi & Potus, Pur
gationes, & Conſtipationes.
Vitalis: quam conſequũ=
tur accidentia Ani=
mæ, et Aer circũ=
ſtans.
Animalis: quam
ſequuntur Motus, & Qui=
es, Somnus & Vigiliæ,

Aër frigidus.
Humidus.
Siccus.
Quare ſex res
nõ naturales.

De Fructibus recentibus & Speciebus ipſorum. Iuuamenta Rationabilia.

| Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOTIO Nocumenti eius. | Quid gñatur. | Cõplexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | Ficus. | G. cal. et. Arch. cali. & hu. | Cal. in 1. & hu. | Albæ, excorticatæ, et a putrido mundatæ. | Mũdificãt arenã de renib. et ſubtiliãt: preſeruãt a toxico. | Faciunt inflationem. | Cum muri, & ſyrupo acetoſo. | Nutrim. laudab. | Frigidis. | Senectuti. | Autumno. | Temperatis. |
| B | Vuæ. | In. cal. & hu. ſo. temperatæ G. | Cal. in 1. & hu. | Maturæ, aquoſæ, ſubtilium corticum. | Laxant uentrem, & accelerant pinguedinem. | Sitim inducunt, & nocent ueſicæ. | Cum Granato acetoſo. | Sang. bonus. | Frigidis. | Decrepitis. | Autumno. | Septentriona. |
| C | Perſica. | G. & Io. frigi. & humida. | Fri. in 2. hu. in 3. | Odorifera. | Febribus adurentibus. | Humorem corrumpunt. | Cum uino odoriſero. | [illegible] | Calidis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Meridionalib. |
| D | Pruna. | G. fr. Io. fr. & h. Maſſ. et malib. | Fri. in 1. h. in 2. | Damaſcena dulcia. | Educunt choleram. | Impedimẽto ſunt ſtomacho. | Cum zaccharo roſ. | Humor aquoſus. | Cholericis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Calidis. |
| E | Pira. | G. fr. Io. frigida & ſicca. | Fri. in 1. h. in 2. | Dulcia, matura, & non lapidoſa. | Stomachis debilibus. | Colicæ. | Cum aliis primo ipſa comeſta. | Sang. frigi. | Calidis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Meridionalib. |
| F | Granata dulcia. | Maſ. cal. & hu. cũ ptemperantia. | Ca. in 1. h. in 2. | Groſſa, & ex corticabilia leuiter. | Tuſſi, & coitui. | Faciũt inflationem. | Cum Granatis acetoſis. | Nutri. laudabi. | Tempe. in cali. | Senectuti. | Autumno. | Temperatis. |
| G | Gran. acetoſa. | Maſſ. ſubtilis. cũ ptemperantia. | [illegible] | Multæ ſucco ſitatis. | Epati calido. | Pectori, & uoci. | Cum chalce mellito. | Chimus modi. | Flegmaticis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Cali. & humi. |





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

Ra. **Ficus.** Eligunť albæ, magis nigris: ꝓpter earũ ſubtilitatẽ, & tẽperantiã caliditatis earũ: & diffi
G. cultatẽ corruptionis ipſarũ. Et Ficus uniuerſaliter expellunt ſordiciem ſub cute generantẽ pe-
D. diculos. Verum quia ipſarũ naturæ expellũt ſuperfluitates ad cutem propter qđ fiunt pediculi
ſordes, hic pes grauidoſus febris & ſudoris qñ corrũpunť. Conferunt attamen pectori, dorſo,
maciei, renibus, et coitui, & malo odoratui, accidẽte ex caliditate ſtomachi. Delet groſſiciẽ ſple-
nis. Et qñ miſcenť cũ aceto, & cũ emplaſtať ex eis ſplen, diſſoluũt eũ. Et R. dixit, ꝙ ſunt ſubtilia-
tiuæ ſua cali. & ingroſſatiuæ ſua uiſcoſitate. Cũ aceto bibitę tpare, rem[illegible] earũ nocumentũ.

Eligitur uſus Cibariorum, quando aſcendens, & ſignũ nutrimenti ad augentur.

H. **Vuæ.** Eliguntur interiora uuarum magis granis, & corticibus: eo quod indigeſtibilia ſunt
grana & cortices. Et prohibetur potus aquæ, in qua diſſoluta eſt nix, poſt ipſas: quia facit in-
flationem ſtomachi, & maxime patientibus Colicam. Albæ ex eis, laxant magis nigris: &
G. quanto dulciores fuerint, tanto calidiores. G. Sunt iuuamento pectori, & pulmoni, & no-
Ie. ciuæ epati & ſpleni. Ie. Cortices ipſarum frigidi ſunt, & ſicci, & medullæ cali.
& humi. & aquoſitas ipſarum cali. & humi. in primo, & grana
ipſarum frigid. & ſicc. in ſecundo.

G. **Perſica.** Eliguntur magis chryſomelis: propter minorem conuerſionem & corruptionem
D. ipſorum: & quia groſſiora ſunt, ideo inducunt febres tardius, uidelicet poſt menſem uel u-
Io. num, uel duos: & ſunt conuenientiora ſtomacho, & ſaporoſiora chryſomelis. Aliæ uero diſ-
poſitiones ipſorum ſunt ſimiles diſpoſitionibus ipſorum. Et meliora, & di-
geſtibiliora ex Perſicis ſunt ea ex quibus facilius egre-
diuntur oſſa. Alia uero contra.

G. **Pruna.** Eliguntur in febribus: eo quod extinguunt ſitim, & educunt choleram. Prohiben-
D. tur decrepitis, niſi biberint uinum uetus poſt ipſa. Sicca ex eis remouent appetitum
M. cibi. Gal. Cum decoquitur aqua ipſarum cum melle, & abſtine-
Io. bit a cibo, poſt hæc erit magis laxatiuum. Dio. Dul-
cia recentia ſunt nociua ſtomacho, & mul-
tæ laxationis: & ſtiptica uete-
rã econtrario.

Io. **Pira.** Eliguntur ad remouendum abhominationem, per ſtipticitatem, & aromaticitatem
ipſorum: & prohibentur decrepitis, niſi comedant poſt ipſa zinziber conditum. Et im-
G. matura ſunt difficilis digeſtionis. Gal. Sunt nutribiliora inter alios fructus. H. Im-
H. matura infrigidant uentrem, & ſtringunt: & matura dulcia econtrario. Dioſ-
D. cori. Si pira decoquantur cum fungis, aufertur nocu-
mentum a fungis. Et grana pirorum
interficiunt uermes.

Maſſ. **Granata dulcia.** Eliguntur contra aſperitatem pectoris, & tuſſim (in alio, groſſiciem) & no
Io. cent propterea, quia generant colicam (in alio, prohibentur: quia generant choleram) Et nu-
clei ipſorum bulliti (in alio, torrefacti) uentrem ſtringunt: & in uza conferunt pulſatio-
ni cordis. Et cum granata comprimuntur, ſuccus per compreſsionẽ educit chole-
Tha. ram, & ſunt confortatiua ſtomachi, & epatis calidi. Tha. Vidi enim di-
xit, quod ſi quis comederit tres ſummitates malorum grana-
torum, præſeruabitur uno anno ab ophthalmia.

Maſ. **Granata acetoſa.** Prohibentur poſt cibum, quia faciunt deſcendere cibum indigeſtum. Præ
Maſ. ter quam in complexionibus calidis. Et eſt de melioribus cibis ſecundæ menſæ, quibus ute
H. bantur calefacti poſt uinum. Et ſi decrepiti eis indiguerint, poſt eorum comeſtionem
accipiatur dyacitron: & ſunt iuuamenta doloris orificij ſtomachi. H. Quæ-
dam mulier patiebatur hanc ægritudinem, & curata eſt cum ſauich &
ſucco granatorum. Nam ſedabat uomitum & dolorem cum
extinctione & humectatione.

Apta hue que ſupra Canone. 7. fol. 9. & 10.





Ficus. Vuæ. Perſica. Pruna. Pira. Granata dulcia. Gran. acetoſa.

Iuuamenta rationabilia.

De Fructibus, & Maneriebus ipſorum.

| Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOTIO Nocumenti eius. | Quid generatur. | Cōplexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A [illegible] | Cydonea. | G. frig. & hu. | Fri. & ſic. in 1. | Completa, et groſſa. | Lætificant, & prouocāt appetitum. | Colicam. | Dactyli melliti. | Humor frigi. | Cholericis. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. |
| B 9 | Mala dulcia. | Theo. æqualis in cal. & humi. | Cal. & hu. in 1. | A Sichem Hieroſolymitanæ regionis. | Confortant cor. | Neruis. | Cum zucchar o roſa, aut melle roſa. | Sang. modicè. | Calidis. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. |
| C 10 | Mala acetoſa. | Theo. pauc. ca. & multæ ſicci. | Fri. & ſicc. in 1. | Quæ nō ſunt ponticæ. | Syncopi. | Articulis. | Cum uino citrino. | Sang. flegma. | Flegmaticis. | Adoleſcentib. | Aeſtati. | Meridianis. |
| D 11 | Chryſomela. | G. Io. fri. & hu. | Fri. & hu. in 1. | Arrani, & Arui. | Prouocant uomitum. | Multum inflant ſtomachum, & facile corrumpuntur. | Cum uomitu. | Sang. choleri. | Temperatis. | Iuuenibus. | Princi. æſtatis. | Orientalibus. |
| E 12 | Sycomori. | Arch. G. cali. & humi. | Fri. & ſicc. in 2. | Magni, & nigri. | Apoſtemati gutturis. | Faciunt dolere ſtomachū, & conuertuntur cito ad malum. | Cum trifera minori. | Sang. incōpletus, & immundus. | Sanguineis. | Adoleſcentib. | Veri. | Calidis. |
| F 13 | Galbraira. | Io. frig. & ſic. | Fri. & ſicc. in 2. | Multarū carnium. | Præſeruāt ab Ebrietate. | Stomacho et digeſtioni. | Cum penidijs. | Chimus ſiccus. | Calid. & humi. | Pueris. | Aeſtati. | Meridianis. |
| G 14 | Nabach. | Io. Frig. & Sec. | Fri. in 1. ſic. in 2. | Maiores, & odoriferi. | Fluxui Cholerico. | Tardant digeſtionem. | Cum ſauo mellis. | Humor melancholicus. | Cholericis. | Iuuenibus. | Princi. Autūni. | Septentrionali. |
| H | | | | | | | | | | | | |

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13





Opiniones Philoſophorum. — Electiones, & Proprietates.

G. Io. Ioh. **Cydonea.** Eliguntur contra fluxum ſanguinis, ante cibum: quia ſtiptica ſunt: & conſtipatis, poſt cibum: quia comprimunt. Nocent neruis: niſi poſt comeſtionem ipſorum inungantur oleo in balneo. Et ſua proprietate prouocant urinæ fluxum. G. Sedant uomitum ſucco, & odore ſuo, nec corrumpuntur in ſtomachis ægrorum, quanto minus ſanorum. B. Et ſuccus eius magis conſeruatur, quam ſuccus pomorum: eo quod ſuccus pomorum aceſcit citius, aquoſitate ſua & ſubtilitate.

Eligitur horū comeſtio Luna exiſtente in ſigno terræ aſcenſiū, & iuncta Fortunæ.

Ioh. Theo. G. H. D. **Mala dulcia.** Eliguntur poma Hieroſolymitana dulcia ad faciendum Rob, & ſyrupos: propterea quod temperatiora ſunt omnibus alijs pomis. Et poſt hæc poma Seheſtem. Et poſt hæc Forani, & Malni. Et poma confortant cor, & aromatizant ſtomachum, & meliorant digeſtionem, & lætificant animum, & decorant continentiam. Et delent ſyncopin, quando maſticantur infuſa aqua roſacea: quorum ſyrupus confert fluxui, & colicæ. Sed digeruntur grauiter.

Plinius lib. 23. cap. 6.

**Mala Acetoſa.** Syrupus qui fit de pomis immaturis, eſt iuuamentum Toxicatis toxico animalium quæ uocantur Caruc (in alio, Carruc) & maxime contra alios modos toxicorum. Et hunc ſyrupum inuenerunt nouiter homines Indyſabarion, id eſt, de regione illa: eo quod illi inuenerunt de eis in exercitu Mutten. Et eſt utilis contra choleram, & contra ægritudinem quæ dicitur Meſchier, & Chite, & omnibus inflationibus (in alio, inflammationibus) & corpus eius facit uentoſitatem, & dolorem ſtomachi, & ſtringit uentrem, & nocet neruis.

Ra. G. Io. **Chryſomela.** Prohibentur habentibus ſtomachum calidum: quia ſuccus eorum conuertitur cum recentia ſunt: & cum antiquantur, conuertuntur in medicinam. quia ſuccus eorum deſiccatur: & ualet contra choleram. ſicut thamarindi, & ſibi ſimilia. Et corpus ipſorum eſt generaliter peſſimum, & eorum ſuccus uelocioris conuerſionis. Et ſi comeduntur poſt cibum, corrumpuntur, & ſupernatant in orificio ſtomachi.

G. Io. Ioh. D. G. **Sycomori.** Prohibentur de eis immatura, quia inflationem faciunt: & Rob qui fit ex eis, dicemus in capi. de Rob. G. Matura ex eis laxant cum frigiditate ſua, & immatura conſtipant: & conueniens eſt, ut antequam comedantur, lauentur, ut aſſumentes efficiantur ſecuri a nocumento, quod efficiunt in ſtomacho & capite: & bibatur poſt comeſtionem ipſorum ſyrupus acetoſus. Et immaturorum prohibetur malicia, cum quibuſdam rebus ſubtiliatiuis, ſicut trifera, & ſibi ſimilia. Alia non nominauit G. quia non inueniuntur in regione ſua. Et dulcia ex eis ſunt calida, & acetoſa frigida.

G. R. G. Io. **Gulbraira.** G. Gulbraira omnia ſaporoſiora ſunt Zarolis, quæ ſunt ſimiliora medicinis quam cibis, & ob hoc non debet plurimum ex eis comedi. Ruffus dixit, quia ſedant uomitum, & ſtringunt uentrem, & urinam multiplicant. Et zarolæ ſunt ſtipticiores Gulbrairis, & conuenientiores uentri, licet Gulbrairæ ſint ſaporoſiores. Et Gulbraira eſt cibus conueniens, plus con temperans naturas ipſorum, quando exhibentur eis ad comedendum cum lacte.

Io. G. D. H. **Nabach.** Eſt magis odoriferum Gulbraira. Et ſauich quod fit ex eo, confortat ſtomachum, & eſt iuuamentum fluxui. Et Darriæ, Zarolæ ſicut ſpecies Gulbrairæ. Et quando ponuntur contuſæ in aqua, ingroſſant aquam, ex uiſcoſitate ſua: & decoctio ipſarum commixta aceto, fortificat ipſum: & ceraſa alterant choleram acetoſitate ſua: & grana mirtillorum ſtringunt uentrem frigiditate, & ſtipticitate ipſorum.





Nabach. Gulbraira. Sycomori. Chryſomela. Mala acetoſa. Mala dulcia. Cydonea.

De Fructibus, & Maneriebus ipſorum. Iuuamenta rationabilia.

| | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | 15 | Melones dul. | Io.c.&h.in.1.f.h. | Fr.in 1.cal.in 1. | Samaracandi. | Frangunt lapidem, mundificant cutem. | Laxant uentrem. | Cum ſyrupo acetoſo permixto. | Sang. modicum. | Flegmaticis. | Senectuti. | Autumno. | Temperatis. |
| B | 16 | Melones muſi, & inſipidi. | G.fri.&humi. | Fri.& hu.in 2. | Maturi. | Prouocant urinam. | Faciunt dolorem in uentre. | Cū poſt ipſas aſſumitur cibus. | Modicū nutrimentum. | Calidis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Septentriona. |
| C | 17 | Melo. Indi, id eſt, Paleſtini. | G.fri.&humi. | Fri.&hu.in 2. | Dulces, aquoſi. | In ægritudinibus acutis. | Digeſtioni. | Cum Penidijs zuccharinis. | Sang. aquoſus. | Cholericis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Meridionalib. |
| D | 18 | Dactyli ſylueſtres. | Io.frig.&ſicc. | Fri.in 1.ſic.in 2. In alio, fri.et hu. | Dulces, recentes. | Confortant uiſcera. | Pectori, & gutturi. | Cum dactylis, & fauo mellis. | Humor groſs. | Cali. & humi. | Iuuenibus. | In orien. æſtatis. | Septentriona. |
| E | 19 | Buſſuri, dactyli incipi. dulceſc. | G.et u.ca.ſtiptic. | Calid.ſicc.in 2. | Quod nō eſt ſupinum. | Lubricat ægeſtiones. | Dentibus, & ori. | Cum ſyrupo acetoſo ſimplici. | Sang. moderatæ quantitatis | Temperatis. | Omnibus. | Autū. et hyeme | Temperans. |
| F | 20 | Muſæ, poma paradiſi. | Io.c.&h.Io.f.h. | Cal.humi.in 1. | Magnæ, maturæ, dulces. | Cōmouent coitum. | In ſtomacho. | Cum zaccharo. | Sang. flegmaticus. | Calidis. | Iuuenibus. | In quolibet. | Meridionalib. |
| G | 21 | Nux Indiæ. | Calid.humi. | Cal.humi.in 2. | Recens, dulcis. | Cōfert ſtranguriæ, et acuit intellectū. | Tarde deſcendit. | Cum Penidijs zuccharinis. | Sang. multus, & acutus. | Frigi. & ſicc. | Senectuti. | In autumno. | Meridionalib. |
| H | Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOtio Nocumenti eius. | Quid generatur. | Cōplexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
| | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

G. Melones. Prohibentur ualde maturi & dulces, propter caliditatem ipſorum, & uelocem
Ie. conuerſionem in uenis: & propterea, quia generant febres adurentes. Et non eſt hæc ſpecies
Io. Melonum, quam dixit G. frigidæ naturæ, cuius opinionem in hoc ſecutum eſt uulgus: quia
R. non inueniebantur in regionibus ſuis. Et Io. etiam in hoc peccauit, dicens poſt comeſtionem
illorum Melonum debere potari uinum, ad alterandum eos, et remouendum maliciam eorū.
Et tunc maius nocumentū affertur, cū comeditur a multū famelico, et maxime cū poſt aſſum
ptionē dormiē ſuper latus dextrū. Poſt quoq; aſſumptionē deambulatio bona eſt.

Eligitur ipſorum comeſtio exiſtēte aſcendēte in ſigno igneo, uel aqueo.

G. Melones muſi, et inſipidi. Eliguntur hæ duæ ſpecies temperatis complexionibus: quia diu-
M. reticæ ſunt: uenas mundificant, & renes, frangentes lapidem. Et quia in eis eſt abſterſio, in-
Ie. frigidationes cutis abſtergunt, & Morpheam. Et ſemina ſunt fortiora in ſubſtantia ipſorum.
G. Cum corrumpuntur, fiunt ſimiles toxico. Et propter hoc ſi tales aſſumantur, uomendi.
Melones qui ſunt de Cucumeribus, aſſimilantur his, deficientes ab eis modicum: qui come-
di debent infra duo fercula, uel mixti cum alio cibo. Verumtamen Filius Meſ. dixit,
quod ſunt calidi (in alio, acuti) licet minoris dulcedinis.

R. Melones Indi, id eſt, Paleſtini. Eliguntur in febribus adurentibus, & ægritudinibus, &
G. complexionibus calidis. Et cum aſſumitur aqua eius cum zuccharo, uel aliquo acetoſo,
prouocat urinam & ueſicam, & renes lauat: & ſunt nociui decrepitis: & hu-
mores crudificant (in alio, mundificant.) Nocent hepati & ſpleni, et ſto-
macho, quando in eis eſt apoſtema (in alio, inflammatio)
& multiplicatio aſſiduitatis eius, facit fluxum,
& male digerere.

G. Caſſalationes. Eliguntur ad confortandum ſtomachum debilem, et ad curandam dyſen-
teriam inteſtinorum. Et ſunt dactyli uiridis coloris, immutari. Et ſimiliter operantur Buſſu-
Filius ri, id eſt, dactyli aliquantulum dulces, recentes. Et ſyrupus eius eſt iuuatiuus ad ſiſtendum mo
Meſ. tum choleræ, et ſanguinis G. Dixit, quod capſula, quæ paruos dactylos clauſos continet in-
cluſos in ea, totaliter compoſita eſt ex duabus ſubſtantijs. Vna ſubſtantia eſt frigida, et aquo-
ſa, et dulcis. Et altera ſtiptica & groſſa. Et cum uincit aquoſa in ea, digeri-
tur: et quando uincit groſſa, non digeritur.

G. Buſſuri. Omne quod eſt de fructibus dactylorū maturum, ſicut Rutal, eſt calidū & humi-
Io. dum, generatiuū opilationum, et eſt uelocis conuerſionis (in alio, corruptionis) mollificans
R. uentrem, et addit in ſpermate. Et illud quod eſt ex eis ſtipticū, ſicut Buſſuri, ad frigiditatem, et
ſiccitatē declinat: & cum ſit tardæ digeſtionis, abſcindit fluxū, confortat ſtomachū, et generat
uentoſitatē (in alio, uiſcoſitatem) Et ſecundū quod declinat ad caliditatē, minuitur operatio
ipſius. Elfaſt, id eſt, dactyli ſicci, ſunt temperatæ caliditatis, ſtringunt uentrē: et Rutal ſunt ma-
ioris nocumēti q̄ dactyli cōpleti et maturi. Rutal, id eſt, dactyli propinqui maturati.

Muſæ. Prohibetur multitudo aſſumptionis eorum, cum indigeſtionem faciant: et ſunt
nutritiuæ magis alijs fructibus, et minoris ſuperfluitatis: et habent ſe in omnibus operati-
onibus ſuis ſicut Melones, qui ſunt temperatæ dulcedinis. Et quando comeduntur
cum zaccharo, uel fauo mellis, iuuant digeſtionem: maxime quando ſunt ma-
turæ, et bene mundatæ a corticibus: et bibatur poſt comeſtionem
ipſius uinum odoriferum: quia aufert nocu-
mentum, et maliciam eius.

Si indigeatur huius comeſtione, exiſtente infortunata coniūctione, inueſtigetur quādo Luna fuerit remota ab eis 12. grad.

Ma. Nux Indiæ. Eliguntur maturæ ex eis: quia addunt in ſpermate, et iuuant dolorem an-
Io. tiquum dorſi. Et ſenibus non oportet auferre nocumentum ipſorum, ſed iuue-
nibus, cum quibuſdam rebus ſanguinem extinguentibus. Et anti-
quæ ex eis, ſunt fortioris caliditatis et ſiccitatis: & natu-
ram ſtringunt: et cum corrumpun-
tur, nocent dentibus.





Nux Indiæ. Muſæ. Buſſuri. Caſſalationes. Melones Paleſtini. Muſi, & Inſipidi. Melones.

De Fructibus, & Rebus auferentibus ſtupefactionem Dentium. Iuuamenta rationabilia.

| Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX RE IPſA quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOTIO Nocumenti eius. | Quid generat. | Complexione. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | Rutal, id eſt, dactyli maturi. | Fil. diuerſarũ naturarum. Ior. cali. & humi. | Cal. & hu. in 1. | Ex omnibus ſpeciebus Rutal. | Stomachis frigidis. | Gutturi, & uoci. | Cum ſauich de papauere. | Sang. cholericũ | Frigi. & humi. | Decrepitis. | Hyemi. | Septentriona. |
| B | Paſulæ. | Carnes eius cal. & hum. regenerata econtrario. | Io. ca. et h. in 1. | Coraſceq; magnæ. | Dolori inteſtinorum. | Comburit ſanguinem. | Cum curulis recentibus. | Sang. acutus. | Frigidis. | Senectuti. | Hyemi. | Frigidis. |
| C | Ficus ſiccæ. | Arch. ſunt cali. ſubtilitatẽ proferſit, ca. ſic. in 1. | Cali. ſicc. in 1. | Gartaroſæ, rotundæ. | Pectori, et p̃ſeruant a toxico. | Opilationem faciunt uiſceribus. | Cũ nucibus, & amigdalis dulcibus. | Medio. nutri. | Frigidis. | Senectuti. | Veri. | Temperatis. |
| D | Karrubli. | G. frigi. & ſicc. Io. cali. et ſicc. | Cal. & ſicc. in 1. | Recens, dulce. | Sæpe ſurgenti ad ſellam. | Tarde digeruntur. | Cum penidijs. | Medio. nutri. | Calidis. | Iuuentuti. | Hyemi. | Frigidis. |
| E | Glandes. | G. ſicc. et modicæ calid. Macer fr. ſi. The. c. ſic. | Fri. in 1. ſic. in 1. | Recentes, magnæ, et completæ. | Confortant recentamen. | Abſcindunt menſtrua. | Cum aſſatæ comeduntur cũ zucch. | Mediẽ Nutri. | Cali. & humi. | Iuuentuti. | Hyemi. | Septentriona. |
| F | Iuiubæ. | Io. calid. & humi. | Cali. humi. in 1. | Iurianæ, non corroſæ. | Extinguũt acuitatem ſanguinis. | Generant inflationem. | Cum paſſulis enucleatis, propter ſubtilitatem eius. | Sang. flegma. | Calid. et ſicc. | Adoleſcentib. | Aeſtati. | Calidis. |
| G | Nuces. | Ori. cali. et ſicc. Theo. cal. & hu. | Theo. ca. h. in 1. | Quæ uelociter enucleantur. | Stupefactioni dẽtium, & toxico. | Generãt bothor in ore & gutture, et linguam aggrauant. | Cum ſeminibus (ali. papaueris,) & amigdalis. | Sang. calidus. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Montuoſis. |
| H | | | | | | | | | | | | |
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietas.

Iudæus. **Rutal.** Cum antiquum eſt, minus humidum eſt: quando uero eſt recens, plus caliditatis habet, & magis generatiuum ſpermatis: & inducit ſodam. Et quando decoquitur cum melle, & croco, multiplicatur caliditas, & ſiccitas eius, & additur malicia: quæ remouetur cum oleo. Loco nuclei eius ponuntur amigdalæ, & comeduntur cum papauere, & aqua roſa. & etiam poſt eas comeduntur lactucæ cum aceto.

Repudiat hic Cibus, Luna in ſigno exiſtente igneo, uel aqueo, & maxime cum Fortunæ fuerint I angulis.

Ie. Io. G. R. **Paſulæ.** Eliguntur carnoſæ & puræ dulcedinis, ratione ſuæ caliditatis, & multi nutrimenti ipſius: & quia mundificant humiditates, & laxant: & maxime cum remouentur nuclei. Et ſi accipiuntur ex aqua earum cocta, laxabunt ſicut uuæ. Et ſtipticæ ex eis, quæ ſunt minus carnoſæ, ſunt minoris caliditatis, confortant ſtomachum, ſtringunt uentrem. Et illæ quæ naturaliter carent nucleis, ſunt ſubtiliores, quam carnes uuarum dulcium.

G. Pau. Io. **Ficus ſiccæ.** Prohibentur, quia nocent ſpleni, & hepati ſua groſſicie: quia hæc duo membra naturaliter appetunt dulcia, quæ attrahunt ſtomacho, & quæ ſunt ſibi ſimilia in natura: quæ attractione opilant uias, & ſic addunt in groſſicie ipſorum. G. Signum autem in hoc eſt, quia uidemus groſſiciem in hepatibus animalium, quæ ſolent comedere Ficus. Et bonus ſapor ipſarum & groſſicies eſt, quia ſunt multum nutritiuæ. Ipſæ etiam mundificant pectus, & pulchrum efficiunt colorem.

G. Io. D. H. **Karrubli.** G. Vtinam non ducerentur ad nos de Hieroſolymitanis regionibus: quia eorum nocumentum eſt nobis apparens, & magis quam in locis unde portantur: eo quod facit fluxum recens. Et quando deſiccatur, ſtringit: quia deperditur humiditas eius, & remanet ſubſtantia terreſtris. D. Recens eſt mala ſtomacho, & laxat uentrem: & ſicca econtrario. quæ diuretica ſunt, & maxime quando bulliuntur in muſto, & ſit condimentum ex eis. Et ex immaturis, quando fricantur uerrucæ, delet eas.

The. G. Ma. **Glandes.** Frigidæ ſunt in primo, & ſiccæ in tertio, groſſæ, ſtipticæ, difficilis digeſtionis, Naturam ſtringunt, & ſanguinem menſtruorum: & cum digeruntur, plurimum nutriunt. Et Caſtaneæ ſunt meliores & dulciores, minoris ſiccitatis & ſtipticitatis, Et nutrimentum ipſarum, melius nutrimento Glandium. Et complexio ipſarum temperata, inter caliditatem & ſiccitatem: tamen dicitur, quod ſunt calidæ in primo gradu.

Io. G. **Iuiubæ.** G. dicit, quod non inuenitur in eis operatio magna in conſeruatione ſanitatis, ſed inuenit ipſas difficilis digeſtionis, generantes flegma, & modici nutrimenti, & malas ſtomacho. Et miror de ijs, qui contendunt quod ſint dulces cum acumine: cum extinguunt acuitatem ſanguinis. Et utuntur eis ad prouocanda menſtrua. Et niſi attribuatur dictæ proprietati earum, manerent groſſæ. unde hic ſermo earum attribuitur proprietati. Ma. Ma. dicit, quod ſunt temperatæ.

H. Meſ. Gal. **Nuces.** Multociens accidit ex comeſtione ciborum acetoſorum immaturorum ſtupefactio dentium: propter quod non permittuntur maſticari cibi, unde digeſtio corrumpitur. Et curatio ſtupefactionum dentium ſit cum rebus uiſcoſis, quæ inducunt, quod abſterſerunt acetoſa, de uiſcoſitate dentium, ſicut portulaca, nuces, & farina ſeſamina, & pheludichi, & omnia unctuoſa, uiſcoſa, & calida: etiam aptans frigiditatem complexionis neruorum dentium, per acetoſa inductam, ſicut ſal.



Dactyli maturi. Paſulæ. Ficus ſiccæ. Karrubli. Glandes. Iuiubæ. Nuces.

De Granis, & Victualibus, quæ ex eis fiunt. Iuuamenta rationabilia.

| | Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX REipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOtio Nocumenti eius. | Quid generat. | Complexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | 2 | Frumentum. | G. Cal. & hu. | Cali. & hu. in 1. | Pinguæ, ponderoſum. | Aperit apoſtemata. | Facit opilationes. | Quando bene operatur. | Sang. bonum. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. | Temperatis. |
| B | 10 | Amylum. | G. Frig. ſicc. | Frig. & ſic. in 1. | Album, frangibile. | Pituitam ſedat choleræ. | Tardæ digeſtionis. | Cum rebus dulcibus. | Melancholia. | Cali. & humi. | Iuuentuti. | Hyemi. | Septentriona. |
| C | 11 | Sauich Tritici. | Th. cal. ſic. ſo. | Cali. ſicc. in 1. | Temperate torrefactum. | Viſceribus humidis. | Exaſperat pectus. | Cum lauatur aqua calida. | Sang. tēperat. | Temperatis. | Senectuti. | Veri. (ali. Hyē.) | Calidis. |
| D | 12 | Hordeum. | Ma. f. h. lo. l. h. | Frigi. ſicc. in 1. | Nouum, magnum, & album. | Cōfortat expulſiuam, & deſcendit uelociter. | Dolorem inducit debilem. | Torrefactum. | Humor laudā. | Calidis. | Iuuentuti. | Aeſtati. | Calidis. |
| E | 11 | Sauich eius, & Sauich frumēti. | Frigi. & ſicc. | Frigi. ſicc. in 1. | Temperate torrefactum. | Fluxui Cholerico. | Generat inflationem. | Cum Zacch. roſa. | Nutri. bonum. | Calidis. | Iuuentuti. | Aeſtati. | Calidis. |
| F | 14 | Aqua eius. | H. et oſs aln f. h. | Frigi. ſicc. in 1. | Complete coctа, leuis. | Epati calido. | Viſceribus frigidis. | Cum Zaccharo. | Sang. tempe. | Cali. & ſicc. | Iuuentuti. | Aeſtati. | Meridiona. |
| G | 17 | Triticum. | H. cal. & humi. | Cali. hu. in 1. | Complete operatum. | Pectori, & gutturi. | Viſceribus debilibus. | Cum penidijs. | Plurī. nutri. | Stomach. cal. | Iuuentuti. | Hyemi. | Meridiona. |
| H | Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX REipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOtio Nocumenti eius. | Quid generat. | Complexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
| | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |





Opiniones Philoſophorum. Electiones & Proprietates.

Ie. Io. R. **Frumentum.** Eligitur rubeum, uiſcoſum, ponderoſum, & quod dentibus facile frangitur, eo quod eſt multum nutritiuum, & eſt magis conueniens inter alia grana corpori temperato. Et quidam de Aethiopibus nutriuntur cum alijs: ſicut nutriuntur Indi cum grano Rizon, & Turcæ cum Milio. Vel quia diſtant a locis temperatis, uel quia non temperatur in illis partibus frumentum. Et frumenti maneries diuerſatur ſecundum diuerſa genera ipſorum, terras, & complexiones anni, & ætates, & recentiam ſeu uetuſtatem ipſius.

Repudiatꝰ pro nutrimēto, qn̄ eſt aſcēdēs Domus ægritudinis illius, ꝑ q̄ eligitꝰ, licet ſit ſignum terræ naſcentium. Plinius lib. 18. cap. 7. prope finem.

G. H. Theo. **Amylum.** Eligitur, quando ſolum decoquitur, uel cum lacte patientibus fluxum cholericum & dyſenteriam. Quia quando præparatur cum Zacch. & oleo amigdalino, eſt iuuamentum tuſsi, aſperitati pectoris, & reumati. L. Debent tamen apponi pro qualibet ℥ Amyli, tria rotula aquæ. & decoquatur donec redeat ſicut ſuccus, & poſtmodum recipiatur. Hoc tamen eſt minoris nutrimenti inter omnia quæ fiunt de frumento: facit tamen opilationem uiſcoſitate ſua.

Io. Ma. Ra. **Sauich Tritici.** Illud quod fit ex infuſione ſauich frumenti infrigidat, caliditatem extinguit, & ſitim mitigat, quando bibitur cum aqua frigida, poſtquam lotum fuerit multoties cum aqua calida, ad remouendum ex eo uentoſitates, & inflationes. Et quod fit ex frumento elixo, eſt minoris uentoſitatis, & pluris caliditatis & nutrimenti, q̄ꝫ quod ex infuſione ſauich non elixi. Raſis tamen dicit, ꝙ magis infrigidat, q̄ꝫ ſauich Hordei: eo quod plus aquæ imbibit.

Io. Ma. Ie. **Hordeum.** Eligitur ex eo, q̄d eſt ſubtilioris corticis, & multæ medullæ, nouū, ſpiſſum, uiſcoſum, & ponderoſum. Et hoc eſt de quo mādauit Hippocrates, fieri ſuccum Kiſki Hordei. i. e farina Hordei, cum lacte: & q̄d eſt generatū in corpore ex eo, fortificat, & mundificat. Et diuerſatꝰ ſecundum diuerſos modos confectionum ipſius. Quoniam quando ex eo fit ſauich, deſiccat: & quando decoquitur cum aqua, humectat: & quando panis ex eo efficitur, neqꝫ humectat, neqꝫ deſiccat. Et nouum ex eo, eſt minoris frigiditatis. Vetus & excorticatum, eſt ualde nutritiuum: cuius proprietas eſt, cito deſcendere ad ſtomachum.

Kiſki, uel Kiſchar.

R. H. G. **Sauich eius.** Eligitur ex eo, quod eſt temperate torrefactum, modici furfuris, & multæ medullæ, & lotum cum aqua dulci frigida: quod bibitur, ad infrigidandum, ante introitum balnei duabus horis, in Aeſtate cum Zacch. & ſtringit naturam cum ſyrupo conſtrictiuo. Hippocra. Si bibitur hora quā cum aqua frigida infunditur, ſtringit: poſt aliquod tempus laxat, humiditate aquæ. Et eſt de cibis quieſcentium, & caleſactorum: ſed nutrimentū eius, eſt minus nutrimēto ſauich frumenti.

H. G. D. **Aqua eius.** Eligitur, quæ fit ex Hordeo nouo, pingui, & ponderoſo. Cum infunditur, excorticatur, & teritur: & ponunt pro qualibet menſura Hordei. 14. aquæ: deinde decoquitur, deducitur, & deſpumatur. Et tunc laxat naturam, ſua uiſcoſitate, & urinam prouocat, & ſedat ſitim ſua humiditate, & aperit opilationes ſua abſterſione, & nutrit ſua ſubſtantia, & uincit caliditatem febris ſua qualitate. Et ſi immiſceatur cum conſtipatiua, uel ſubtiliatiua, erit ſubtilians, uel conſtipans.

H. Schi. Eidis. **Triticum.** Prohibetur quando fit ex azymo: propter hoc, quia eſt difficilis ad digerendum. Et cum ſupponitur ei Zucch. uel oleum Amigdalinum, confert ægritudinibus pectoris. Et quando decoquitur cum portulaca, & lingua arietis, confert ſputo ſanguinis. Et cum digeritur, plurimum nutrimentum generatur. Et quando ſanus uult ſibi cauere a nocumento ipſius, accipit poſt ipſum uinum antiquum, & miſcet cum eo piper: & ex hoc expellitur eius nocumentum.

Apta huc q̄ ſupra fol. 10. in Canone Octauo.



Triticum. Aqua hordei. Sauich hordei. Hordeum. Sauich Tritici. Amylum. Frumentum.

De Leguminibus & Naturis ipſorum. Iuuamenta rationabilia.

| | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | [illegible] | Rizon. | Ie.c.hc.G.ſic. | cali.& ſicc.in 2. | Margaritinũ, quod creſcit in coctura. | Ardori ſtomachi. | Patientibus Colicam. | Cum oleo & lacte. | Lauda. Nutri. | Calidis & hu. | Omnibus. | Hyemi. | Omnibus. |
| B | [illegible] | Faba. | Io.frig.& ſicc. | fr.in 1.ſicc.in 2. | Clara, munda & integra. | Vigiliis, & ſodæ. | Hebetat ſenſus. | Cum ſale & origano. | Sang. nõ mal. | Calid. & ſicc. | Iuuentuti. | Aeſtati. | Calidis. |
| C | [illegible] | Meſch. | Io.fri.ſpa.hu. | fri.in 1.ſpa.hu. | Recentes, grandes. | Tuſsientibus cum febri. | Debilitati dentium. | Cum decoquitur cum oleo Amigdalino. | Bonũ Nutri. | Cal.& hu.ſicc. | Iuuentuti. | Aeſtati. | Calidis. |
| D | [illegible] | Phaſeoli. | Or.fr.ſi.lo.c.ſſ. | cali.& hu.in 1. | Rubei, non corroſi. | Prouocãt urinam, & impinguant corpus. | Faciunt nauſeam, & ſomnia mala. | Cum oleo, muri, & ſynapi. | Sang.groſ.de. | Frig. & ſicc. | Senectuti. | Hyemi. | Frigidis. |
| E | [illegible] | Lentes. | G.fr.& le.ſr.dĩ | fri.& ſicc.in 2. | Quæ in aqua merſæ, cito tamen ſiccantur. | Sedant acuitatem ſanguinis, & confortãt ſtomachũ. | Melancholicis, coitui, & uiſui. | Cum bletis, & atriplicibus. | Sang. groſs. | Sanguineis. | Iuuentuti. | Aeſtati. | Calidis. |
| F | [illegible] | Lupini. | Io.Cali.Sicc. | cali.ſicc.in 2. | Albi, & ponderoſi. | Lũbricos pellunt, purgant a ſcabie et malis humorib. | Difficile digeritur & deſcendit. | Qñ dimittiť in eo amaritudo, & comeditur cũ aceto & muri. | Melior ſan.ſtab. | Flegmaticis. | Decrepitis. | Hyemi. | Septentrio. |
| G | [illegible] | Fru.elixum. | Vni.H.c.& h. | cal.& hu.in 1. | Viſcoſum, pōderoſum, plenum & ſquallens. | Corporibus laxis. | Tardè digeſtionis, generãs humores uiſcoſos. | Cum multo ſale. | Lac & ſperma. | Calid. & ſicc. | Iuuentuti. | Hyemi. | Frigidis. |
| H | Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOtio Nocumenti eius. | Quid generat. | Complexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

Io. G. Ie. G. **Rizon.** Eſt cibus temperatus, leuis ad digerendũ, & conuertens naturam ad conſtipationẽ: maxime, quod ex eo eſt rubeum: & albũ, quando decoquitur cũ oleo amigdalino, uel ſeſamino, aut butyro cocto, non ſtringit uentrẽ, & mitigat morſurã ſtomachi & inteſtinorũ. Et quãdo fit cum lacte recenter mulſo, generat opilationes. Verũtamen aufert ſiccitatem eius, & impinguat corpus. Et quando præparať cum oleo de carcamo, non generat opilationes, & laxat. Et dixerunt quidam, quod in ipſo eſt aliqua caliditas. G. dixit, quod addat in ſpermate, & minuit urinam, egeſtionem, & uentoſitatem.

G. Hi. D. Ie. G. **Faba.** Prohibetur, quia facit inflationẽ, & molliciem carniũ, & ſomnum, & laſsitudinem. Et ſiccæ ſunt minoris nutrimẽti ꝙ recentes. Et excorticatæ coctæ cũ oleo amigdalino, ſunt minoris nocumẽti (in alio, nutrimẽti) ꝙ coctæ non excorticatæ. Et medulla earũ abſtergit. Et cortices earũ ſunt ſtipticæ: & ideo quidã Medici, temperatã fabam cũ aceto decoxerunt, & dederunt ad comedendũ patientib. apoſtema inteſtinorũ et fluxũ. Et melius eſt, ꝙ decoquanť, uel torreſiant cũ oleo amigdalino, poſtquã elixanť multotiens: quia tunc erũt iuuamentũ pectori (in alio, exſcreantibus) Aufert maliciã earũ Origanũ, & ſal. G. dixit, ꝙ conſeruãt ſanitatẽ.

G. Io. Ra. Ma. **Meſch.** In complexione ſua propinqua eſt fabæ, & propterea in comparatione eſt propinqua. Et eſt tardæ digeſtionis in ſtomacho: ſed cum digeritur, generat humorem laudabilem. Et eſt bona febricitantibus. Et laxat, cum miſcentur cum ea quædam olera. ſicut ſpinachiæ. Et prodeſt cordi (alias pectori) quando præparatur cum oleo amigdalino.

R. Ma. Io. G. **Phaſioli.** Quidam Phaſiolorum ſunt albi, frigidi & ſicci: & quidam rubei, caliditatem habentes, & inflationem: modicum tamen inflant, & plurimum nutriunt. Eſt & minoris inflationis faba, cuius humiditas eſt excedens. Et rubei ex eis habent ſubtilitatem, per quam deſcendunt menſtrua. Et debent comedi præparati cum oleo, muri, & ſinapi, & carui, & origano: & per hæc expellitur eorum malicia.

Ra. Ma. Io. G. **Lentes.** Prohibentur habentibus complexiones melancholicas: quia inducunt in eis alienationes, & febres quartanas, & lepram. Et quæ ex eis non ſunt excorticatæ, lubricant egeſtiones. Et quandoꝗ in decoctione, prima aqua eiicitur, poſtmodum ſtringit. Et quando ex aqua earum fit garus, prodeſt ſquinantiæ, & lubricat uentrem. Et ſunt iuuatiuæ magis quando comeduntur cum ſpinachiis, bletis, cum multo oleo: & peiores ſunt, quando comeduntur cum Themeſich, id eſt, carnibus ſiccis, ſalitis. Ma. Habent in cortice ſuo acuitatem, cum qua laxant. Et earum medullæ ſtringunt.

G. Hi. D. Io. **Lupini.** Quando coquuntur donec tranſeat amaritudo ipſorum, fiunt difficilis digeſtionis, & non laxant uentrem: & amaritudo earum facit eos uelocis deſcenſionis, cum qua interficiunt uermes, & digeruntur, & nutriunt nutrimento conuenienti hepati. Et uniuerſaliter urinam prouocant amaritudine, & ſanguinem menſtruoſum, & fœtum educunt, & aperiunt opilationem ſplenis, hepatis, & pulmonis. Quorum aqua melius operatur, ꝙ eorum ſubſtantia. G. Sanguis generatus ex eis, non eſt malus. Io. Generant humorẽ groſſum, & malũ.

Ma. Di. D. **Frumentum elixum.** Eſt tardæ digeſtionis & deſcenſionis, generans humores uiſcoſos, ſi non deſcenderit. Et generat lumbricos, & cucurbitinos. Et ſuccus qui fit ex farina eius, & aqua Kaski, quæ fit ex eo, proſunt tuſsi, & ægritudini pectoris, & apoſtemati pulmonis. Et cum debet decoqui, cooperiatur bene hyeme cum paſta, quæ ſit inter coopertorium, & ollam: & decoquatur lento igne bene: nec diſcooperiatur, donec perfecte ſit coctum: poſt eius perfectam decoctionem agitetur.

Adde quæ ſupra fol. 11. de Canone. 10.

E



Rizon. Faba. Meſch. Phaſioli. Lentes. Lupini. Frumentum elixum.

De Panibus, & modis ipſorum. — Iuuamenta rationabilia.

| | Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOtio Nocumenti eius. | Quid generat. | Cōplexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | 43 | Panis de Simila. | H. temperate calidus. | Calid. in 1. | Bene coctus, citrinus. | Impinguat corpus. | Opilat. | Cum cōpleta fermentatione. | Nutrimentum plurimum. | Temperatis. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. |
| B | 44 | Panis Opirus. | M. 2. calidus. | Calid. in 1. | Qui mino habet furfuris. In alio, uel ſteterit una nocte antequam comedatur. | Obtemperat uentrem. | Inducit pruritum, & ſcabiem. | Cum compagio unctuoſo. | Nutrimentum bonum. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. | Habitatis. |
| C | 45 | Panis Azymus. | H. groſſus, & humidus. | Tempe. fri. in 1. | Salſus multum, & bene coctus. | Corporibus laxis, & fellis. | Generat inflationē, & uentoſitatem. | Cum uino ueteri, & bono. | Flegma uiſcoſum, & multū. | Cal. exercitātib. | Iuuentuti. | Hyemi. | Frigidis. |
| D | 46 | Panis Rizon. | Theo. frigidus, & ſiccus. | Fri. & ſic. in 1. | Qui fit ex Rizon margaritino. | Purgat interius inteſtina, & ſtringit. | Difficilis deſcenſionis. | Cum exercitio, et balneo. | Moderata melancholia. | Temperatis. | Iuuentuti. | Frigidis. | Septentrionali. |
| E | 47 | Panis de Furno | Melior eſt panis ex eo ē mollior | Tempe. fri. in 1. | Bene temperatus, et bene coctus. | Corporibus ſiccis. | Malæ digeſtionis. | Cū rebus deponentibus, ſicut chalce. | Sang. groſſus. | Calidis. | Iuuentuti. | Hyemi. | Septentrionali. |
| F | 48 | Pa. factus i teſtis | Io. minoris mal[illegible] ei ē pane gaſtell. | Tempe. ſic. in 2. | Fermentatus, & ſubtilis. | Corporibus exercitantibus. | Fatigat ſtomachum, & generat lapidem. | Cum carnibus ſubtilibus, & brodijs. | Sang. crudus. | Multū exercitā. | Iuuentuti. | Hyemi. | Septentrionali. |
| G | 49 | Pa. de Gaſtellis | G. Io. hu. groſſ. us, & malus. | Tēpe. hu. in 2. | Coctus, et intermixtus cinere. | Corporibus laxis. | Malę deſcenſionis, faciens dolorem diuturnum. | Cum uino ueteri poſt aſſūptionem. | Sang. malus. | Calidis, laſſis. | Iuuentuti. | Hyemi. | Frigidis. |

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13





Opiniones Philoſophorum. — Electiones, & Proprietates.

Ra. Hip. G. **Panis de Simila.** Deteſtatur: quia propter generationē uiſcoſitatis opilat, & inducit dolores articulorum, & lapidem: & hoc ſua uiſcoſitate, & quia tarde digeritur. Et eſt nutribilior inter alios panes. Et ut amoueatur malicia eius, comedatur brodium quod fit cum carnibus, ouis, et ſpeciebus, et aqua compoſitum: et Tobeget, id eſt, cibus frixatus de carnibꝰ & ſpeciebus, ubi ſint ſalita cum Prehidebergit, & Raberigit. Et qui fit ex farina proximo molita ſtringit uentrē, et habet in ſe de ignea caliditate. Et panis ex longinquo molitus econtrario. Et panes magni & groſſi, ſunt meliores uel nutribiliores, & ulociores ad deſcendendum.

R. G. **Panis Opirus.** Eligitur habentibus colicam, & frigidis complexionibus: quia eſt uelocis deſcenſionis (alias nutrimenti) & habet aliquid de furfure: quia abſtergit inteſtina, & ob hoc eſt minoris nutrimenti. Et deſiccat: & ad remouendum eius ſiccitatem, et ad augendum eius nutrimentum, ualet, ſi comedatur cum unctuoſis, & cibis coctis cum lacte dulci. Et calidus ex eo eſt pluris nutrimenti, & uelocioris deſcenſionis (alias nutrimenti) quam frigidus: & ille qui fit e groſſa farina, ſicut tarde molleſcit infuſus aqua cum conficitur, ſic ſe habet huius eſſe in ſtomacho.

Ru. Ra. Io. **Panis Azymus.** Azymi nutrimentum uiſcoſum, tardum, groſſum: & nutrimentum eius multum, quando deſcendit a ſtomacho. Verumtamen generat lapidem, opilat ſplenem, et hepar. Et eſt de cibis utentium labore graui. Et cum neceſſarium fuerit comedere ipſum, accipiatur poſt zinziber, ſeu trifera. Deinde bibatur aqua mellis. Et addatur his poſt hoc exercitium, balneum, fricationes cum eis, et longus ſomnus. Et multi inter eos qui comedunt, incidunt in peſſimas ægritudines, & moriuntur ante ſenium.

Ga. Io. Iudæus. **Panis Rizon.** Deteſtatur, propter ſiccitatem eius adquiſitam per ignem, quæ additur ſiccitati naturali: ob quam eſt tardæ digeſtionis, faciens uentoſitatē, et colicam, quæ propterea præparatur cum quibuſdam rebus ſubtiliatiuis. Et modus quo melius comeditur ad mollificandum pectus, eſt brodium rumicis, cum oleo amigdalino, et cum Rahib, id eſt, lacte acetoſo, facto ad mitigandam caliditatem, & cum alijs ſtipticis ſtringentibus. Et Rizon colorem faciei efficit bonum, et uidere bona ſomnia facit, et impinguat corpus.

Io. Ie. Ga. **Panis de furno, uel foculario.** Deteſtatur, propter combuſtionem ſuperficiei, & ſemiplenam cocturam profundi. Et diximus multotiens, quod panis Azymus, & non coctus, eſt de cibis exercitantium, & fatigantium: et quieſcentibus multum obeſt: & utentes eo ſentiunt de nocumento ipſius tractu temporis. Sed ad remouendum nocumentum eius, deſiccetur & torrefiat, & miſceatur cum aqua & zuccharo.

Ga. Hip. Ia. **Panis in teſtis factus.** Panis qui coquitur in teſta, eſt malus: maxime, quando miſcetur cum oleo. quia naturam ſtringit, generat opilationes, & humores malos, crudos in corpore. Et qui indiget comeſtione ipſius, multiplicet eum, frumentando ſalem (in alijs, bene fermentando ſalem) & faciat eum bene decoqui. Et licet oleum opilet poros, & prohibeat ingreſſum ignis decoquentis in eum, ideo companagium melius cum quo ſumitur, eſt cibus qui fit ex ſpeciebus aromaticis (in alio, acutis.) &c.

G. H. R. Io. **Panis de gaſtellis.** Panis gaſtellaceus eſt, qui fit ſuper paruis lapillis igneis: ſicut fit in uillis. In quo pane hæc tria ſunt mala: quia combuſtus in ſuperficie, ſemicrudus interius, mixtus cineri: propter quod eſt peior pane decocto in furno. Et quando comeditur cum carnibus unctuoſis coctis, abſcinditur aliquid maliciæ ipſius. Et melius quod fit poſt comeſtionem ipſius eſt, cum bibitur uinum purum: & conſequenter moueatur motu laborioſo: quia ex hoc remouetur nocumentum eius.

Apta huc quæ ſupra fol. 11. Canone. 11.





Panis de Simila. Opirus. Azymus. Panis Rizon. De Furno. In teſta coctus. Gaſtellaceus.

| De Herbis, ſiue Oleribus, & proprietatibus ipſorum. | | | | | | | | | Iuuamenta rationabilia. | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | 3 | Lactucæ. | Io. fri. & humi. | Fri. & hu. in 1. | Amplæ, & citrinæ. | Vigilias, & gomorreas ſedant. | Coitui, & uiſui. | Cum miſcentur cum apijs. | Nutr. ſp[illegible] | Calid. & frig. | Iuuenibus. | Omnibus. | Calidis. |
| B | 11 | Scariola. | Ori. et G. ſic. & h. | Fri. in 2. ſic. in 2. | Recens, & dulcis. | Infrigidat hepar calidum. | Retardat digeſtionem. | Cum naſturcio. | Nutri. modicū. | Calidis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Calidis. |
| C | [illegible] | Apium. | G. cali. & ſicc. | Cali. & ſicc. in [illegible] | Hortulanum. | Aperit opilationes. | Efficit ſodam. | Cum lactucis: & econuerſo. | Nutri. modicū. | Frigidis. | Senectuti. | Hyemi. | Frigidis. |
| D | [illegible] | Thacon, id eſt, herba Piretri. | Ior. cali. & ſic. | Cali. & hu. in 1. | Hortulanū, recens, & tenerum. | Saporat frigida tercula. | Sitim facit, & moratur diu. | Cum apijs. | Nutri. acutum. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Frigidis. |
| E | 14 | Eruca, & Naſturcium. | Ior. cali. & hu. | Ca. in 3. hu. in 1. | Quod minoris eſt acuitatis. | Addit in ſpermate, & coitu. | Nocet hemigraneæ. | Cum ſcariolis, & aceto. | Humor acutus. | Frigidis. | Senectuti. | Hyemi. | Septentriona. |
| F | [illegible] | Radharrhuchi. | Ori. Theo. Io. cali. & humi. | Ca. in 2. ſic. in 1. | Odoriferum. | Subſtātia ſtringit, ſiccus laxat. | Obtenebrat uiſum. | Cum folio ſatuo, id eſt, Portulaca. | Nutri. imbactū. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Septentrionalis. |
| G | [illegible] | Portulaca. Citraria. | Frig. & humi. | Fri. in 2. hu. | Amplorum foliorum, & tenerorum. | Stupefactioni dentiū, & delet porros. | Spermati, & coitui. | Cum Erucis ſylueſtribus. | Nutri. modicū. | Calidis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Meridionalib. |
| H | Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | ELI-V EX R Eipſa quam ſpns. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOTIO Nocumenti eius. | Quid generant. | Complexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
| | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

G. Ior. Ma. Ori. Io. **Lactucæ.** Ior. G. Sanguis generatus ex Lactucis, eſt melior generato ex alijs oleribus, & amplioris nutrimenti, & melioris deſcenſionis, & neq; ſtringit, neq; laxat: quia in ea non eſt ſipticitas, neq; ſalſedo. Et eligitur ex eis illa, quæ non habet lac: quia frigidior alijs: & eſt conueniens puncturæ ſtomachi. Quando autem abluitur aqua, debilitat uiſum, & mitigat ſitim. Io. Frigida & humida in primo, prodeſt pectori, & nocet ſtomacho.

Ma. Io. H. **Scariola.** Licet ſit frigida & humida temperate, nihilominus præſtatur ſibi de aliorum naturis, quia fit in æſtate calida accidentaliter, cum fiat amara: & in autumno ſicca, & propterea ingroſsat & exaſperat: & ſecūdum hoc in hyeme & uere, cum amaritudine ſua aperit opilationes ſplenis & hepatis. Et ex eis ſylueſtris fortior eſt in hac operatione, & confortat ſtomachum. Et ſuccus eius confert inflammationibus calidis. Et elixata bene, ſtringit uentrem, præparata cum ſpeciebus.

G. R. Io. **Apium.** Eligitur ad prouocanda menſtrua, & urinam, expellit uentoſitates, aperit opilationes, & confert ſtomacho. Crudum & coctum tarde digeritur, & propterea debet eum præcedere cibus, cum quo miſceatur. Et folia ipſius purgant urinam, magis quam laxant: & radices ſuæ econuerſo. Ru. Dicit, quod prouocat urinam, & ſtringit uentrem. Et conſulendum eſt, quod non comedatur tempore, quo mouentur animalia uenenoſa: eo quod aperit uias, & iuuat ad tranſeundū uenena interius. Et eſt duorū modorum, Napticum, & Romanū.

H. G. Ys. **Thachon.** Moris eſt Medicorum præcipere, ut maſticetur ante potum medicinarū. Horribilis ſaporis; quia ſtupefacit inſtrumentum guſtus. Et modico ex eo aſsumpto, confert ad digerendum & deſcendendum. Mentha G. calida & ſicca in tertio gradu, confereus nauſeæ. Et generat uentoſitatē. Et modicum ex ea, digerit ſua caliditate naturali: & multum ex ea, crudificat humiditate ſuperflua, quæ eſt in ea. Et aromatizat ſtomachum, digerit, & appetere facit. Et quando ſola comeditur, inducit pruritum in cute. Et addit in coitu, & appetitu ciborum, & necat uermes.

Io. H. G. **Eruca, & Naſturcium.** Eligitur utentibus coitu: quia emittit uentoſitatem facientem uirgam erigere, & generat ſperma, & laxat uentrem, & urinam prouocat. Et calefacit calefactione manifeſta, & ſubtiliat: & propterea debet miſceri cum aliquo prohibente fumoſitatem aſcendere ad cerebrum. Et Naſturcium calidum & ſiccum, necat uermes, obeſt ſtomacho, & ueſicæ, & inducit ſtranguriam, reſoluit uentoſitates, & incidit flegma.

**Radharuchi, id eſt, Ocimum.** Prohibetur a ſtomacho: quia eſt tardæ digeſtionis, & conuertitur in choleram, & commouet uentoſitatem. Et ingreditur numerum ciborum ſubtiliatiuorum, mundificat humiditatem pectoris, & ſtringit, & laxat uentrem. Et non mirentur de hoc ſermone noſtro, cum dixerimus de una re, quia ſtringit & laxat: eo quod poſsibile eſt habere in ſe duas uirtutes diuerſas, ſicut caulis: quarum altera fortificata ſecundum naturam materiæ conuenienter operatur. Et poſsibile eſt, quod ipſe cibus ſit ſiccus naturaliter, & humidus accidentaliter.

**Portulaca, & Citraria.** Diſsonum uidetur, quod res acetoſa remouet ſtupefactionem dentium: niſi accideret ex uiſcoſitate ſua: & quia ſiptica eſt, confert excoriationi inteſtinorum, & dyſenteriæ, & fluxui ſanguinis mulierum, & ſputo ſanguinis. Et ſedat uomitum, & cum ſua frigiditate extinguit choleram, & abſcindit appetitum coitus, & mitigat arſuram ueſicæ, & renum, & delet porros. Citraria, ſeu herba Apum, calida & ſicca in primo, confortat cor, & hepar, & lætificat animam, & purificat (in alio, uiuificat) mentem, & diſſoluit melancholiam.

Apta huc quę ſupra fol. 11. Canone. 11. notantur.





Lactuca. Scariola. Apium. Thachon. Eruca, & Naſturtium. Ocimum. Portulaca.

Iuuamenta rationabilia.

De Herbis.

| | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A [illegible] | Cicera. | Ori. Io. cal. & h.; in ali. cal. & ſic. | Cal. & hu. in 1. in al. fr. & h. in 1. | Groſſa, non corioſa. | Addunt in ſpermate. | Apoſtemati renum, & ueſicæ. | Cum ſeminibus papaueris. | Sperma, & lac. | Frigi. & ſiccis. | Senectuti. | Autumno. | Septentriona. |
| B [illegible] | Sinapis. | Omnes calid. & ſicc. | Ca. & ſic. in 4. in al. ca. in 4. ſi. in 3. | Recens, rubea, & hortulana. | Podagræ, & diſſoluit duriciem. | Cerebro. | Præparatum cum amigdalis, & aceto. | Humor acutus. | Frigi. & humi. | Decrepitis. | Hyemi. | Montuoſis. |
| C [illegible] | Anetum. | Elic. c. eſt. recẽs ũi eſt mino. cali. | Cali. & ſic. in 2. Ori. in 1. | Viride, recens, & tenerum. | Prodeſt ſtomacho cum ſucco ſuo. | Renib. & abominatiõi ſtomachi, ſua ſubſtantia. | Cum lemoncelis. | Nutri. modicũ. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Frigidis. |
| D [illegible] | Porri naptici. | Omnes calid. & ſicc. | Cal. in 3. ſic. in 2. | Napticum acutum. | Prouocat urinam, & addit in coitu. | Cerebro, & ſenſibus. | Cũ oleo ſeſamino, ſeſaminis nõ excorticatis. | Cholera acuta. | Frigidis. | Senectuti. | Autumno. | Septentriona. |
| E [illegible] | Galanga. | Io. cal. & ſicc. | Cal. in 3. ſic. in 2. | Groſſum ex eis. | Venæ ſciaticæ, & coitui, & odorẽ aromatizat oris. | Cordi. | Cum ferculis unctuoſis. | Humor acutus. | Humidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Frigidis. |
| F [illegible] | Oleũ amigdal. | Io. Temperatũ. | Temperatũ in 1. humi. in 1. | Recens, dulce. | Pectori, tuſſi, & ſtomacho. | Viſceribus debilibus. | Cum maſtice. | Humor tempe. | Temperatis. | Adoleſcentib. | Veri. | Orientalibus. |
| G [illegible] | Agreſtis ſuccus. | Paul. Io. frig. & ſic. | Fri. in 1. hu. in 2. | Recens, & purus. | Viſceribus cholericis. | Pectori, & neruis. | Cum unctuoſis, & dulcibus. | Nutri. modicũ. | Calidis. | Iuuentuti. | Aeſtati. | Meridionalib. |
| H | Numerus. Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOTIO Nocumenti eius. | Quid generatur. | Complexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

G. H. Io. **Cicera.** Ru. dicit, quod operatur in carne, ſicut fermentum in paſta, & acetum in terra. Et nigrum ex eis frangit lapidem, & prouocat urinam, & menſtrua, & embrionem eijcere facit. Et album ex eis habet in ſe abſterſionem: quia mundificat ſplenem, renes, & hepar. Sunt in eis etiam ſubſtantiæ duæ, ſalſa, & dulcis. Salſa laxat uentrem, & dulcis urinam prouocat. Semen Naſturcij deficit a Sinapi modicum.

G. R. Io. **Sinapis.** Piper, calid. & ſicc. in quarto gradu, calefacit interiora frigida, & ſubtiliat cibos groſſos, & modicum ex eo prouocat urinam, & multum laxat. De Cimino nigro, melius eſt ponderoſius, & eſt calid. & ſicc. in tertio gradu, ſubtiliatiuum, & reſolutiuum uentoſitatum frigidarum. Semen Papaueris albi frigid. eſt in tertio gradu, & ſomnoriferum. Oleum Seſaminum calid. in primo, humid. in ſecundo, & faſtidiens. Carui ſiccum in totum, reſoluit uentoſitates, prouocat urinam, interficit uermes, Ciminum commune, & Napticum, id eſt, montanũ, eſt ſiccum ſicut Carui: quo cum inungiẽ cutis, facit citrinũ colorem.

G. D. Io. **Aberelim. (in alio, Kelim)** Aberelim, id eſt, ſemen Ferulæ, eſt ſicut Ciminũ: & melius ex eo eſt citrinum quod aſſimulatur folijs Alue. Et ex Altie melior ſurculus, paruorum foliorum, eſt & calid. & ſicc. & acutum. Origani duo ſunt modi. Vnus ex eo eſt longorum foliorum, & eſt certioris operationis. Et aliud rotundorum foliorum, & eſt calid. & ſicc. facit digerere, & adpetere cibum, & reſoluit uentoſitatem. Sumach, melius ex eo eſt rubeum, retinens fluxum cholericum. Ruta G. calid. & ſicc. in tertio gradu. Dio. Confert toxicatis, prodeſt uiſui, & nocet coitui. — Origanum.

H. G. Io. **Porri.** Minoris ſunt operationis, quam Napticum, id eſt, Montanum: minoris uero eis ſunt in ſubtiliatione & mundificatione: & conferũt ſanguini Hemorrhoidarum. Ruta uiridis calid. & ſicc. in tertio gradu, conferens Epilentiæ. Coriandrum, Hip. dicit, quod eſt calid. cum ſtipticitate: & generaliter, aliqui frigidum dicunt. Crocus calid. & ſicc. confortans membra interiora, & aperit opilationes, & facit tranſire cibum, cor lætificat. Flos Cartami calid. & ſicc. inducens bonum ſaporem in cibis, & facit excoqui carnes groſſas: & in eo eſt ſtipticitas.

Ru. D. G. **Folia Aſæ.** Calida & ſicca, conferunt digeſtioni. Ex Aſa melior eſt, quæ eſt boni ſaporis. Melior eſt Carmeni, quæ eſt calid. & ſicc. in quarto gradu, fortis ſubtiliationis & diſſolutionis. Digerit, & appetere facit cibum, augens fœtorem ſeceſſus. Piper longum calid. & ſicc. eſt, impinguat ſtomachum, & mundificat ipſum, & caput. Spica aromatica, calid. eſt & ſic. Zinziber, calid. & humid. (in alio, ſicc.) Darſini calid. eſt in ſecundo gradu, ſicc. in tertio: de quo melius eſt odoriferum, leue. Prouocat urinam, & menſtrua, & nocet ueſicæ.

G. H. Io. Ma. **Oleum Seſaminũ.** Confert groſſiciei pectoris, & pulmõis, gutturis & gulæ, obtẽpans uentrẽ, contrariũ toxicis, laxat ſtomachũ, auferẽs malũ ſaporem ciboꝝ, qñ ex eo condiunẽ. Oleum de nucibus, fortis eſt caliditatis, diſſolutiuũ, & iuuamentũ complexionib. frigidis. Oleum recens, quod fit ex cõtuſione oliuaꝝ uiridiũ, eſt frigi. et quod fit ex nigris antiquatis cal. eſt. Et Reblebi dicit oleum, quod defertur ſub bardis camelorũ. Oleum Omphacinũ, quod fit de oliuis recentibus, quo utuntur ſeruitores in negocijs ſuis. Oleum Cartaminum calid. eſt, et faſtidioſum. Et Sabutinũ (in alio, & Raſu.) cali. eſt & humi. groſſum, & faſtidioſum.

**Agreſtæ ſuccus.** Eligitur ex ea, & ex ſucco uuæ, quod uindemiaẽ tempore ſuo, & terẽ non cum cortice. Et eligiẽ de lemoncelloꝝ ſucco, qui fit ex decorticatis, et cuius auferunẽ grana: deinde premunẽ. Et de ſucco Sumach eligiẽ, quod decolaẽ per terebellũ, manibus nõ cõtuſum. Et de ſucco granatoꝝ eligiẽ, q̃d tritũ fuerit in mortario uitreo, uel marmoreo. Et inter ſuccos fructuum melius eſt clarũ, odoriferum, non horribilis uel mali ſaporis: et quę non permutanẽ, nec in malis uaſis reconduntur, imo uaſa uitrea, quibus recondi debent, lauentur cum uitro trito, & folijs Scariolæ, uel folijs Perſicorum, ſeu cum harena, ſale, & cinere. — Apta huc quę ſupra fol. 11. Canone. 11. & fol. 13. notantur.

E 4



Succus Agreſtæ. Olea uaria. Galanga. Porri. Anetum. Sinapis. Cicera.

De Aceto, & Acetatis, & quibuſdam fructibus. Iuuamenta rationabilia.

| Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX REipſa quam quęris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOtio Nocumenti eius. | Quid generat. | Complexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A 64 | Acetum, & Acetata. | G. compoſitũ ex cal. & ſic. ſubtilibus, iunctis fri. et ſic. H. fri. & ſic. | Fri. in 1. ſic. in 2. | Quod ſit ex uino. | Choleræ, & ſanguinis, & appetitui. | Neruis. | Cum aqua, & zuccharo. | Nutr. modicũ. | Cholericis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Semper calidis. |
| B 65 | Sergara, radix aſæ, uel ferulæ. | Ori. cal. & ſic. | Cal. & ſic. in 3. | Recens & alba, et non perforata. | Abſtergit ſtomachũ, & prouocat uomitũ, & q̃rtanã ex aduſto flegmate pellit. | Cerebro, & neruis. | Cum aceto. | Humor melãc. | Frigidis. | Senio. | Hyemi. | Septentriona. |
| C 66 | Cucumeres, & Citrulli. | Io. fri. & humi. | Fri. & hu. in 2. | Niſaburus complens. | Febribus adurentibus, & urinam prouocant. | Faciunt Iliorum dolorẽ, & ſtomachi. | Cum melle, & oleo. | Sang. illauda. | Calidis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Frigidis. |
| D 67 | Melongianæ. | Calid. & ſicc. groſſæ. Calidæ frigidæ & ſiccæ. | Cal. in 1. ſic. in 2. | Recẽs, cuius dulce interius. | Hemorrhoſagiæ, ſtõacho, ſanguini, uomitui, & unicuilibet accidẽti ex debilitate ſtõachi. | Vaporib. melancho. capiti, et efficit Bochor in ore. | Cum uentoſis, et multitudine aceti. | Melancholia. | Frigidis. | Senectuti. | Autumno. | Frigidis. |
| E 68 | Kalen, id eſt, Enula. | Al. calida & humida, et generat calidum & ſiccum. | Cal. in 1. ſic. in 2. | Tenera, recens. | Minuit urinam. | Minuit ſanguinem, & ſperma multum. | Cum aceto. | Nutr. malum. | Frigidis. | Senio. | Hyemi. | Frigidis. |
| F 69 | Cepæ. | Kal. calida & ſicca. uniuerſaliter calida, & humida. | Cal. in 4. h. in 3. | Albũ, aquaticum, ſucoſum. | Addũt in coitu: eo q̃d auferãt nocumentũ q̃d fieri poſſet ex p̃mutatione aquarum. | Facit ſodã in capite. | Cum aceto, & lacte. | Sperma, & lac. | Frigidis. | Senio. | Hyemi. | Septentriona. |
| G 70 | Allia. | Generaliter calida & ſicca. | Cal. in 4. ſic. in 3. | Nodoſa bulbis. | Toxicis. | Expulſiuæ, cerebro, & uiſui. | Cum acetoſis, & oleis. | Hũor groſ. et ac. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Montanis. |
| H | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX REipſa quam quęris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOtio Nocumenti eius. | Quid generat. | Complexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

G. **Acetum, & Acetata.** G. Opiniones Philoſophorum conueniunt in ſiccitate ipſius, & diſcre-
D. pant in caliditate & frigiditate. Nam quidam dixerunt, quod eſt frigidũ: eo quod cholerã miti-
Ior. gat. Et alij dixerunt, quod eſt calidũ: eo quod ſuper petram ſparſum bullit, & frangit lapidem.
Ioh. Et melius quod de eo dicitur, eſt quod ſit calidũ potentia, & frigidum actu: & iudicare rem per
G. actũ, ſeu per formã, eſt rationabilius q̃ per potentiã G. Licet forte habeat aliquã caliditatem, tamẽ ſtringit cũ ſua ſiccitate naturã: et cum melle eſt inciſiuũ, et ſubtiliatiuũ, conferens tuſſi flegmaticæ. Et quidã medici conſueuerũt cum eo curare ſputũ ſanguinis.

Io. **Radix plantæ Aſæ, ſeu Stringar: & eſt radix Amadchon.** Eligitur ad faciendum com-
Ma. poſitum cum aceto: quia generat acuitatem in eo, per quam humores ſubtiliat, & ſuperflua incidit, appetitum conferens, ad tranſeundum, & digerendum cibaria groſſa: utpote capita, hepata, renes, & his ſimilia. Et quando præparatur cum brodio, uel ſalſamento, frigidis cum aceto forti, erit cibus fortis: & dicitur acutus.

G. **Cucumeres.** Eliguntur longi, ut Citrulli: quia urinam prouocant, & naturam mollificant,
D. & mitigant ſitim. Sed Citrulli ſunt frigidiores, & ſubtiliores: propter quandam amaritudinẽ, quæ in eis eſt. Et in eis eſt etiam modicum ſtipticitatis. Et accidit comedentibus ipſos recentes ſitis, maxime in quorum ſtomacho eſt cholera: eo quod cõuertuntur. Rapæ calidæ ſunt & humidæ, nutrientes multum, & generãtes ſperma. Vrinam prouocant, & neq; laxant, neq; ſtringunt, & faciunt appetere cibos. G. Quando elixantur bis in aqua, & poſtmodum pręparantur cum aceto & ſinapi, aqua ipſarũ confert Surnæ (in alio, Surriæ.)

**Melongianæ.** Diuerſantur in complexione, propter uetuſtatem, & recentiam, dulcedinem, & amaritudinem. Nam ueteres amaræ, calidæ ſunt & ſiccæ, facientes bothor oris. Et recentes dulces, frigidæ & ſiccæ ſunt: quæ crudæ exiſtentes, ſunt difficiles ad digerendum: & coctæ econtrario. Sed temperatæ cum aceto & carne, addunt in appetitu ciborum: quia confortant orificium ſtomachi. Verum elixari debent antequam præparantur, cum aqua & ſale, & ſunt cibi aſſueti, nec earum nocumentum adparet ueolciter: & peiori modo quo comeduntur, ſunt aſſatæ.

G. **Raſen.** Eligitur, eo quod cibos digerit, & aperit opilationes ſplenis, & hepatis, con-
D. ferens ſtomacho, & tranſitui per inteſtina, & mitigat uentoſitates, frangens maliciam ace-
Io. ti, & acuitatem ipſius. Cappares calidi ſunt & ſicci in tertio gradu. Qui præparati cum a-
Ior. ceto, aperiunt opilationes ſplenis & hepatis, mollificantes duriciem ipſorum: & extenuant humorem melancholicum: uentrem mollificant, & abſtergunt flegma ſtomachi. H. Capparis eſt cibus medicinalis. G. dicit, quod eſt iuuatiuus ſpleni, iuuamento quo Abſinthium hepati confert.

H. **Cepæ.** Eliguntur, ut humores ſubtilient, appetitum reparent. Ventrem mollificant, u-
G. rinam prouocant, ſed uiſum hebetant, bonum efficientes colorem. Tamen prohibetur co-
D. meſtio ipſorum, ab illis, quorum corpus eſt fluxile, aut temperatum, ſed comedant ipſum
Ior. habentes dura corpora. Et longum, rubeum ex eis plus habet acuitatis, quam rotundum, album & ſiccum. Crudum melius eſt molli cocto. Et generaliter omnes uentoſitatem faciunt, & chimum malum: & nocet infirmis, cum multiplicatur eorum comeſtio.

**Allia.** Eliguntur, quia humores incidunt, corpus laxant, urinam prouocant, aperiunt opilationes, & educunt uermes cucurbitiuos: clarificant uocem, & auferunt tuſſim, ex frigiditate. Et prohibentur, quia nocent oculis, capiti, renibus, & pulmoni, & ſiti: & quia uelociter retrahunt temperatas complexiones, a temperatura. Et cum decoquuntur, quouſq; remoueatur eius acuitas, frangitur uirtus eius: & maxime, quando infunduntur in aceto, & comeduntur cum lacte & piſcibus. Et ipſum eſt magis Medicinæ ſimile, q̃ cibo.

Apta hucqu ſupra fol. 13. Canone. 14.



Allia. Cepæ. Raſen. Melongianæ. Cucumeres. Radix plantæ. Acetum.

De Herbis, & Condimentis. — Iuuamenta rationabilia.

| Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX RE IPSA quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOTIO Nocumenti eius. | Quid generat. | Complexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
| --- | --- | --- | --- | --- | --- | --- | --- | --- | --- | --- | --- | --- |
| A 71 | Spargus. | G. tpat. Ru. cal. tpa. Io. ca. & h. | Calid. in 1. | Recens, & cuius sumitates decliues respiciunt terram. | Addit in coitu, & aperit opilationes. | Villis stomachi. | Elixatus, deinde præparatus cū Muri. | Nutri. bonum. | Frig. & sic. | Decrepitis. | Vere. | Quib. reperiunt. |
| B 72 | Spinachiæ. | Io. fri. Ori. cali. & humi. tpate. | Frigid. in 1. | Pluuia infusæ. | Tussi, & pectori. | Digestionem impediunt. | Suffrixatæ cum Muri. | Nutri. modicū. | Cholericis. | Iuuenibus. | Qui reperiunt. | Omnibus. |
| C 73 | Bletæ. | Ori. ca. & hu. & acutæ. Io. c. & si. | Cali. & sic. in 1. | Quę sunt dulcis saporis. | Succus eard aufert furfures. | Comburunt sanguinem. | Cum aceto, & sinapi. | Humor acutus. | Visceribus sicc. | Senio. | Hyemi. | Siccis. |
| D 74 | Pastinacæ. | Vniuersaliter calid. & humi. | Ca. in 2. hu. in 1. in alio, c. et h. in 1. | Rubeæ, dulces, & hyemales. | Excitant coitum. | Retardant digestionem. | Cum multa decoctione. | Sig. et sperma. | Frigi. & humi. | Senectuti. | Hyemi. | Omnibus. |
| E 75 | Terratufali. | Mey. & G. frig. & humi. multū. | Fri. & hu. in 2. | Melongiani, & magni. ali. Calangæ magni. | Quia recipiūt omnes sapores. | Morbis melancholicis. | Cum pipere, oleo, & sale. | Hu. grossum. | Cōplex. inflam. | Iuuenibus. | Hyemi. | Calidis. |
| F 76 | Cucurbitæ. | G. frig. & humi. Io. cal. hu. | Fri. & hu. in 2. | Recentes, uirides. | Sitim mitigant. | Conuertunt, descendentes uelociter. | Cum Muri, & sinapi. | Nutr. mod. hu. | Cholericis. | Iuuenibus. | Aestati. | Omnibus. |
| G 77 | Caules ouati. | Assimilant caulib. sed sūt difficil. et tardę desiccatio. Ca. & sic. | Ca. in 1. sic. in 2. | Recentes, citrini. | Aperiūt opilationes. | Visceribus. | Cum multo oleo. | Sang. malus. | Cerebro calido. | Iuuenibus. | Qñ reperiūtur. | Omnibus. |
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |





Opiniones Philoſophorum. — Electiones, & Proprietates.

G. Ra. Ior. Ru. **Spargus.** Eligitur, quia eſt conueniens ſtomacho: & quia inter olera multum nutrit: maxime hortulanus, quia humidior eſt ſyluestri. Et qui oritur infra lapides, mundificat abſq; forti calefactione, & infrigidatione: & decoctus, mollificat uentrem, & prouocat urinam. Et ſylueſtris cum terra in principio ueris aduritur. Naſcitur in principio autumni. Et Cardones Lactatili calidi ſunt & humidi: quia addentes in coitu, ſudorem faciunt redolere. Nocent cerebro. Et Cardones Aſinini aſsimilatur ſpargit in natura.

Ior. Io. Ru. **Spinachiæ.** Eliguntur ad mollificandum uentrem, propter uelocitatem ſuæ deſcenſionis. Et qui eſt frigidæ complexionis, comedat ipſas cum Muri, Darſini, & Pipere: & qui eſt calidæ, cum Coriandro, & oleo Amigdalino. Et Atriplices deponunt choleram, & mollificant uentrem: quia in ſe humiditatem habent. Et Atriplices. & Bletæ paruæ, frigidæ ſunt, & propterea conferunt adurenti febri, & ictericiæ. Neq; ſtringunt, neq; laxant, niſi præparentur cum oleo, & muri: quia tunc laxant & proſunt ſtomacho.

G. Ior. Ori. **Bletæ.** Prohibentur ratione ſtomachi, propter humiditatem, quæ eſt in eis: per quam humiditatem laxant in colica, & exopilant, & reſoluunt groſsiciem ſplenis. Et radix eius generat flegma. Et ſuccus eius laxat. Et ſubſtantia eius conſtipat. Verumtamen radix eius magis laxat. Porri minus allijs, & cepis habent caliditatis, & ſiccitatis, & acuitatis: & ſunt iuuatiuæ uentoſitatibus, quæ ſunt in inteſtinis, & hemorrhoidibus præparati cum oleo, & etiam crudi: & acetoſi frigi. & ſicc. confortant uiſcera, & uentrem ſtringunt.

G. D. **Paſtinacæ.** Comeduntur crudæ & coctæ: quarum nutrimentum eſt minus nutrimento raparum, uerum ipſæ calefaciunt, laxant, & ſubtiliant, & urinam prouocant, et inflant, & commouent coitum, et generant ſanguinem habentem aliquantulum corruptionis & maliciæ. Et in quibuſdam regionibus inueniuntur boni odoris. Et ſunt difficilis digeſtionis, et maxime quando recentes, ſeu inueteratæ fuerint in terris earum. Et prohibitio prædictæ maliciæ, fit cum Aceto, Muri, & Sinapi.

G. Io. Ru. **Terratufuli.** G. Non eſt in Terratufuli ſapor apparens, propter quod recipiunt omnes ſapores. Vnde cum commiſcentur cum eis ſpecies calidæ, efficiuntur calidi: et econuerſo. Et ſanguis generatus ex eis, eſt groſsior temperato. Et ipſi generant ægritudines melancholicas, & anhelitum oris corrumpunt. Et melior modus quo comeduntur, eſt cum multo oleo, & carnibus pinguibus. Fungi ſunt eiuſdem ſpeciei: et ſunt interficientes: propter quod nolumus narrationem facere de eis. Terratufuli diuerſificantur ſecundum diuerſitatem terrarum ipſarum.

D. G. Ie. **Cucurbitæ.** Eliguntur pro cibis contra tuſsim, & febrem: quia ſi reperiantur (in alio, retinentur) in ſtomacho, humores conuertuntur ad eas: et propterea debent præparari cum acetoſis. G. Corruptio accidit eis ratione decoctionis ipſarum: itē accidit eis ex permutatione ipſarum ad humorem quēm inueniunt, uel propter moram longam ipſarum in ſtomacho: & ſunt propter inſipiditatem ipſarum mora recipientes omnes ſapores ciborum, qui præparandi ſunt cum rebus conuenientibus unicuiq; complexioni. Et laxant uentrem; & prouocant urinam. Et quando fit ex eis Chabis, conferunt habentibus complexionem calidam, Chabis, eſt cibus, qui fit cū Cucurbitis prius coctis, et poſtea præparatis cū farina & melle.

H. Ie. G. **Caules ouati.** Similantur Caulibus, tamen ſunt minoris deſiccationis. Qui elixari & præparari debent cum oleo multo, & muri: quia ipſorum elixatio cum aqua & ſale obeſt ſtomacho: & ipſi prouocant urinam, & maxime oua ipſorum, quando ſunt recentia: & præſeruant ab ebrietate, & ebrios curant. — Apta huc quæ ſupra fol. 11. Canone. 11.



Spargus. Spinachia. Bleta. Paſtinaca. Tubera. Cucurbitæ. Caules ouati.

De Lacte, & Condimentis aliis. De Ferculis ſuffrixatis, & poſtmodum infrigiditatis, & Lacte acetoſo, & Caſeo, & Oliua. Iuuamenta rationabilia.

| Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOTIO Nocumenti eius. | Quod generat. | Complexion. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A 18 | Suffrixata. | Calid. & deſiccata. | o | Bene cocta, et humida. | Subtiliat flegma. | Sitim excitant. | Cum fit ex eis prius muſſus. | Sang. acutus. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Septentriona. |
| B 19 | Galatina. | Frigi. & ſicc. | o | Præparatã cũ pullis columbarum. | Choleræ. | Neruis, et melancholiæ. | Cum uino ueteri, & odorifero. | Sang. frigidior temperato. | Cali. & humi. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Meridionalib. |
| C 20 | Lac dulce. | Tempe. & Cal. | o | Pecudum iuuenum. | Pectori, & pulmoni. | Febribus. | Cum paſſulis, ſiue nucleis. | Nutrimentum bonum. | Temperatis. | Adoleſcentib. | Aeſtati, al. Veri. | Meridionalib. in alio, [illegible] |
| D 21 | Lac acetoſum. | Frigi. & humi. | o | Qđ eſt multi butyri. | Mitigat ſitim. | Gingiuis, & dentibus. | Cum gargariſmo hydromellis. | Humor laudabilis. | Temperatis. | Adoleſcentib. | Aeſtati. | Meridionalib. |
| E 22 | Caſeus recens. | Frigi. & humi. | o | Temperati lactis, et aliis cõuenientibus. | Mollificat corpus, & impinguat. | Opilat. | Cum nucibus amigdalis, & melle. | Nut. mult. groſ. non malum. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Frigidis. |
| F 23 | Caſeus uetus. | Cal. cali. et ſicc. | o | Vnctuoſi ſaporis (alias, unctuoſus, ſaporoſus.) | Sedat fluxũ aſſus. | Lapidi, et renibus. | Cum comeditur inter duo fercula. | Multiplicat nutrimentum. | Exercitantibus. | Iuuenibus. | Hyemi. | Frigidis. |
| G 24 | Oliuæ nigræ. | G. ca. reſp. eius modica ſiccitate. | o | Quæ ſunt de Coqui, id eſt, de regiõe illa. | Excitat appetitum. | Sodæ, & uigiliis. | Cum comeduntur infra fercula. | Humor melancholicus. | Frigidis. | Senibus. | Hyemi. | Frigidis. |
| H | | | | | | | | | | | | |
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

Iudæ-us. Suffrixata. (alias, Suffrixa.) Eliguntur habentibus flegma in ſtomacho: eo quod ignis conſumpſit humiditatem eorum. Quapropter ſiccitate ipſorum deſiccantur humiditates ſtomachi, & ſtringunt orificium fundi ipſius ſtomachi, & nutriunt corpus nutrimento calido & ſicco. Et quod ex eis fit cum ſpeciebus calidis, erit duræ digeſtionis: & propter hoc ſpecies non debent adponi in ferculis his infrigidatis.

Ra. Gelatina, & Sulcius. Eliguntur habentibus complexiones flegmaticas, (alias, inflammatas) & prohibentur frigidis. Conferunt coitui. Nocent autem podagræ, & neruis: niſi conſequatur comeſtionem ipſorum, comeſtio chalce mellis. Et hi cibi de extremitatibus greſſibilium, ſunt meliores, quam facti de piſcibus, uel carnibus albis, & teneris, & carnibus Vaccinis. Et coci procurant, ut geletur acetum, ad faciendum Gelatinam, cum modis zarolarum, amylo, & extremitatibus Hedorum lactentium. Helem eſt brodium Aſtipicꝫ infrigidatum, et colatum ab unctuoſitate ipſius: quod eſt ſimile Gelatinæ & Sulcio.

H. G. D. Lac. Compoſitum eſt ex tribus ſubſtantiis. Ex Sero, quod eſt calidum & acutum, ſubtilians humores: & laxat. Et ex caſeo, qui eſt factus conſtipans, & generans humores groſſos, & opilationes, & lapides in renibus. Et ex unctuoſo, ſeu butyro, quod eſt calidum & humidum. Et diuerſantur partes iſtæ. Nam quædam ipſarum augentur: & quædam minuuntur, iuxta animalium diuerſitates. Et lac Aſininum confert conſumptis. Et lac Camelinum confert Hydropicis, quando miſcetur cum urina ipſorum.

G. D. Ru. Lac acetoſum. Eligitur poſt quadrageſimum diem partus, & diuerſatur ſecundum modos præparationis. Nam coctum cum rizo, uel frumento, eſt tardæ digeſtionis. Et illud cui amotum eſt butyrum, et factum eſt acre, propter ductionem, conueniens eſt habentibus complexiones calidas. Et illud cui ablatũ eſt butyrum, & ſerum, & dicitur Daug (in aliis Dauſum) confert ſtomacho calido. Et cum lapides torrefacti ponuntur in eo, et dimittuntur donec conſumatur aquoſitas eius, cõfert fluxui. Et illud, a quo ſeparatum eſt groſſum per coagulum, cum ſyrupo acetoſo (alias, ſinapi) ſumptum, confert prurituі.

G. D. Ior. Caſeus recens. Qui eſt propinquior caſeus nouitati, eſt melior: & quanto longinquior, eſt pluris ſitis, & difficilioris digeſtionis. Qui diuerſatur ſecundũ animalia quorum eſt. Et Coluſtrum eſt frigidum & humidum, & impinguat corpus: & aqua eius mundificat uenas, & confert cõplexionibus hepatis calidi, & corporibus temperatæ caliditatis. Saufi. (alias, Laui,) id eſt, Floricum, quod fit de ſero bullito cum lacte, eſt mediocre inter caſeum recentem, & coluſtrum. Et aqua lactis acetoſi, frigida eſt & ſicca in ſecundo gradu. & lac non multum acetoſum cum ſpeciebus, eſt cali. & ſicc.

H. D. Ie. Caſeus uetus. Deteſtatur, quia eſt difficilis digeſtionis, faciens ſitim, & malum nutrimẽtum: & quanto eſt acutior, & aſperior, tanto peior: eo quod coagulum præſtat ſibi acuitatem. Et conſumptio aquoſitatis ipſius, præſtat ſibi deſiccationem. Et propter uiſcoſitatem etiam ipſius generat lapidem, & maxime in corporibus inflammatis. Et elixatus prius, et poſtmodum expreſſus, et aſſatus, ſtringit: et cum comeditur cum rebus calidis & ſiccis, ſicut ſale, & oliuis, eſt maioris deſiccationis.

G. H. D. Io. Oliuæ. Sunt Oliuæ duobus modis. Oleaginæ: quę ſunt multi nutrimenti. Et unctuoſæ, in aqua ſeruatæ: quæ ſunt ſtipticæ, & ex ſtipticitate ſua confortant appetitum, & ſtomachum, & maxime quando comeduntur cum aceto. Et maturæ ex eis calidæ, & immaturæ frigidæ. Et de rubeis generatur humor uitellinus. Et Oliuæ nigræ ſunt pluris olei, quam cæterorum modi oliuarum: & ſunt magis propinquæ ad generandum choleram: ita quod poſsibile eſt, quod fiat propterea fluxus. Acetum tamen frangit maliciam ipſarum.

Apta huc quę ſupra fol. 14. Canone. 16.

F



Suffrixata. Gelatina, Sulcius. Lac dulce. Lac acetoſum. Caſeus recens. Caſeus uetus. Oliuæ.

De Lacte, & iis quæ ſunt ex lacte, et modis ipſorū, et condimētis, et ouis. Iuuamenta rationabilia.

| Numerus | Nomina | Naturæ | Gradus | MELIVS EX REipſa quam quæris | IVVAMENTVM eius | NOCVMENTVM eius | REMOTIO Nocumenti eius | Quid generatur | Cōplexiones | Aetates | Tempora | Regiones |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | Butyrū recens. | Lac. cali. & hu. | o | De lacte pecorino. | Educit ſuperfluitates pulmonis, grauatas p frigiditatē, & ſiccitatem. | Humectat ſtomachū. | Cum rebus ſtypticis. | Sang. optimum. | Siccis. | Decrepitis. | Hyemi. | [illegible] |
| B | Kemach. | Hæ cōplexiões cōṗ exigētibus ſūt. | o | Temperatū in acuitate, & uehementi caliditate. | Prouocat ructū, et appetitū, mūdificat ſtomachum. | Sitim excitat. | Cum aceto ſis, unctuoſis. | Flegma ſalſum. | Frigidis. | Senectuti. | Hyemi. | Frigidis. |
| C | Chures cum olerbus. | Hæ cōplexiões cōṗ exigētibus ſūt. | o | Quod fit cū multo uino, & ſinapi, & lacte. | Appetitum excitat. | Digeſtioni. | Cum comeditur cū multis cibis bonis. | Humor acutus. | Frigidis. | Senectuti. | Veri. | Temperatis. |
| D | Oua cum hepatibus. | Calida, & humida. | o | De Iohanichot regione ſic dicta. | Exercitantibus. | Ructuoſitatem fumoſam. | Cum uino ueteri. | Nutri. ualidum. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Septentriona. |
| E | Oua Gallinacea. | Albugo fri. et h. Citrinū ca. et h. | o | Recentia, magna. | Addunt in coitu. | Retardant digeſtionē, generant lentigines. | Comedatur ſolum citrinum. | Humor laudab. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Septentriona. |
| F | Oua Perdicum. | Subtiliora ouiſ Gallinarum. | o | Frixa, rotunda. | Conualeſcentibus. | Exercitantibus. | Cum uino rubeo. | Nutri. modicū. | Temperatis. | Adol. et decrep. | Veri. | Temperatis. |
| G | Oua Anſerum. | Tpata in caliditate, & groſſa. | o | Semiaſſa. | Exercitantibus. | Colicæ, uentoſitati, et uertigini. | Cum origano, & ſale. | Sang. multus. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Septentriona. |
| 1 2 | 3 | 4 | | 6 | | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

G. D. Io. **Butyrum.** Effectus Butyri recentis, eſt ſicut olei recentis, conferens habentibus ſuperfluitates in pectore & pulmone, & indigentibus maturatione & mundificatione ipſorum: & maxime cum comeduntur cum melle, uel zuccharo. Et natura Butyri cocti, ſicut natura recentis Butyri. Verumtamen eſt uelocioris caliditatis, propter ſalis admixtionem. Quod etiam quanto plus antiquatur, tanto uehementius calidum, & mundificatum eſt.

Ra. **Kemach, id eſt, compoſitum.** Immutata & integra, per ſe ipſa non dentur pro companagio: imo comedantur, cum cibaria groſsa & unctuoſa multiplicantur in prandiis, ad remouendum faſtidia ipſorum. Et ipſa faciunt deſcendere cibum uelociter, & ſitim concitant: & ſplenem ingroſsant, & maxime in complexionibus calidis: & diliguntur ad comedendum cum aſsatis ſuper carbones, & cardigene: & cum cibis infrigidatis. Nam & ipſorum comeſtione, ſentitur permutatio melior ſaporis unius cibi, ad ſaporem alterius. Kemach, condimentum.

Io. Iudæus. **Chures cum oleribus.** Præparatum cum Origano, expellit uentoſitates generatas ex lacte. Et præparatum cum ſinapi, ſubtiliat groſsiciem ipſius. Et cum præparatur cum Apio, & Mentha & cum herba Charione, id eſt, piretri (alias Chaidos, id eſt, piretro) efficitur boni ſaporis. Et cucurbitæ præparatæ cum lacte, ſunt iuuatiuæ ſtomachi calidi: & frangit maliciam ipſorum ſinapis, & ciminum magnum cum oleo.

Filius, Müd. **Oua cum Hepatibus.** Dicam naturas quoqȝ & Hepatis uniuſcuiuſqȝ per ſe. Nam cum fuerint permixta, ſunt groſsæ ſubſtantiæ, & difficilis digeſtionis: & poſtquam digeruntur, corpori multum nutrimentum præſtant. Et ſanguis generatus ex eis, laudabilis eſt. Hepata etiam in ſeipſa ſunt ſaporita, & præcipue cum fuerint hepata anſerum, uel gallinarum pinguium: quæ non debent multiplicari in cibis, & maxime quadrupedum.

H. G. **Oua Gallinarum.** Meliora ex Ouis, ſunt Oua Gallinarum, & calidiora, cum ſunt recentia. Et calefacta, & complete decocta, eo ꝙ dura, uel faſtidiunt, uel uelociter non deſcendunt: uerum cum digeruntur, multum nutriunt. Et ſemiaſſata ňutriunt uelociter nutrimento multo. Et elixa in aceto, uentrem ſtringunt. Et quæ ſorbentur ex eis, cum rebus ſubtiliatiuis, eiiciunt reuma e pulmone & pectore. Et cum ſorbentur ſimpliciter, conferunt calefactioni hyſophagi, ſtomacho, ueſicæ, & ſputo ſanguinis, & uocem clarificant. Et magis iuuatiua ex elixis ſunt, quæ proiiciuntur in aqua bulliente ad coquendum.

G. R. Io. **Oua Perdicū.** Sūt ſubtiliora Ouis gallinarū, & minoris nutrimēti. Et melior ꝑparatio Ouorū eſt uniuerſaliter. Ponant ad elixandū in aqua bulliente cū ſale & aceto, ſic ut cū aqua proportionent couenięter, ita ꝙ ſupficies aquę, æquet extremæ ſuperficiei Ouorū. Et ſimilis ꝑparatio ꝑdictis in bonitate, eſt, qn̄ agitant cū oleo, muri, & modico uino: & ponunt in uaſe, q̄d uas ſuſpendat in caldario continente aquā calidam: deinde cooperiat, et accendat ignis de ſubtus, uſqȝ ad decoctionem perfectam. Et frixa & ſuffrixa in oleo ſunt mala, generant enim lapidem, & faciunt faſtidium, & Colicam. Et præparata in aquis, ſunt digeſtibiliora.

**Oua Anſerū, & Anatum, et Struthionū.** Sunt hæc uniuerſaliter groſsa, & tardæ digeſtionis: diligens tn̄ comedere ea, comedat citrinū ipſorum. Et ſcias, ꝙ citrinū ouorū omniū ſubtilius eſt albo, & albū eſt humidius citrino. Et nutribiliora ex ouis, & ſubtiliora, ſunt oua habentia duo uitellia. Minoris nutrimenti ſunt oua gallinarū ſine gallo. Ex quibus duobus prædictis non generant animalia. Et ſimiliter nec oua generata in defectu Lunæ. Sed plurimū ſunt generantia: eo quod oua a nouilunio uſqȝ ad pleniluniū, & replentur, & humectant, & ſunt laudabilia ad generationem. Et econuerſo, quæ generantur a plenilunio uſqȝ ad nouilunium. Apta hue quę ſupra Canone .12. fol. 11.





Butyrum. Condimentum. Chures cū oleribus. Oua cū hepatib. Oua Gallinarū. Perdicū. Anſerū, Anatū, &c.

De Carnibus Animaliũ, & naturis ipſarũ, & de recentibus, & ſalſis. Iuuamenta rationabilia.

| | Nomina. Numerus. | Natura. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOTIO Nocumenti eius. | Quid generatur. | Cõplexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A 92 | Car. Arietum. | le. cali. & hu. in comparatione Caprarum. | Cal. & hu. in 2. | Animales, pingues. | Stomacho tẽperato. | Cõſuetis pati nauſeam, & abominationem. | Cum brodijs ſtipticis. | Flegma. | ꝑpinqs ꝑanis. | In fine iuuentutis. | Veri. | Orientalibus. |
| B 93 | Capra. Hedorũ. | Io. minoris cal. in humi. quã carnes agnorũ, et ſa cilioris digeſtio. | Tpatę cal. in 1. | Hedorũ rubeoræ, ad brunũ tendẽtes, a ſex mẽſib. infra ꝑpiqores natiuitati. | Velocis deſcenſiõis, ſeu digeſtionis. | Colicæ, quãdo ſunt ſalitę. | Cum chalce mellino. | Nutri. deficiens a temperato. | Temperatis. | Iuuenibus. | Veri. | Temperatis. |
| C 94 | Vitulorum. | G. Meliores ſunt carnib. Arietũ, & Vaccarum. | Tempe. cal. in 1. | Propinquiores natiuitati. | Vẽtibus exercitio. | Spleneticis. | Cum motu, & balneo. | Nutrimentum multum. | Calidis. | Iuuenibus. | Veri. | Meridianis. |
| D 95 | Vaccinę, Came. | le. frigi. & ſicc. in comparatione Caprarum. | Cal. & ſic. in 2. | Iuuenes exercitantes. | Exercitantib. & fluxũ cholericum patientibus. | Aegritudinibus multis. | Cum zinzibere, & pipere. | Nutri. flegmaticum. | Choleris. | Iuuenibus. | Hyemi. | Septentriona. |
| E 96 | Sal. | Io. calidum, & ſiccum. | Ca. in 2. ſic. in 1. ali. cal. & ſi. in 4. | Adriatici maris. | Cibum digerere facit, & deſcendere. | Cerebro, & uiſui. | Lotus, & torrefactus. | Pruritum in cute. | Frigi. & humi. | Decrepitis. | Hyemi. | Septentriona. |
| F 97 | Car. ſalitæ, ſic. | Cali. & ſicc. | Ca. in 2. ſic. in 1. | Pingues, humidæ. | Luctantibus | Colicæ. | Cum decoquũtur cum oleo, & lacte. | Sang. Melancholicus. | Calid. & humi. | Iuuenibus. | Hyemi. | Septentriona. |
| G 98 | Miſiſke. | Minoris ſunt caliditatis, q̃ carnes ſiccæ. | Cal. temp. in 1. | De animalibus humidis. | Corporibus Præſtãt uires. | Faciunt pruritum. | Cum ſpeciebus frigidis, & humidis. | Melancholia. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Septentriona. |

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13





Opiniones Philoſophorum. Electiones & Proprietates.

**Ori.** Carnes Arietum. Prohibentur carnes pecudum, quia malum ſanguinem generant. Et Agni faciunt nutrimentum multum, calidum & humidum, Verum flegma generant. Et Arietes annales temperatiores ſunt minoribus ſe. Et iſtæ carnes ſunt in uere meliores, q̃ in alijs temporibus: quæ præparantur indigentibus infrigidatione cum aceto, & indigentibus deſcenſione cum muri: poſt quas bibitur uinum album ſubtile: deinde accipitur Calche zuccarinum.

**H. Io. R.** Carnea Caprarũ, & proprie Hedorum. Eliguntur carnes Hedinæ, propter bonũ nutrimentum quod præſtant: & prohibentur ex eis carnes fœminarum, ſeu mariũ plurium annorum: quia ſunt difficilis digeſtionis, & mali chimi. Et carnes Caprinæ uniuerſaliter, conferunt puſtulas patientibus & Bothor: & præparandæ ſunt in uino rubeo, dulci. Et Hedinæ carnes in hyeme malæ ſunt, in æſtate bonæ, & in alijs temporibus mediocres. Vocantur uero Hedi, uſq; ad ſex menſes, & annales poſt annum, & duorum annorum poſt duos annos. quia quanto antiquiores, tanto peiores.

**G. Ma. R.** Carnes Vitulorum. Quorumlibet ſiccorum animalium carnes iuniores, temperatiores ſunt in humiditate & ſiccitate: propter additionem humiditatis nutrimentalis, & ſiccitatis naturalis. ſicut Vitulus. Et carnes quorumlibet animalium humidorum ſeniores, ſunt temperatiores iunioribus. ſicut Arietes, qui ſunt conuenientiores corpori temperato, carnibus Vaccinis. Et ab autumno, uſq; ad medietatem ueris, ſunt mali: & in æſtate tota boni.

**R. G.** Carnes Vaccinæ, & Camelinæ. Eligitur brodium Aſſipicij infrigidatum, & colatum, & uocatur Helem, habentibus epar calidum, & ictericis, & his ſimilibus. Verum habentes frigidas complexiones, comedant cum allijs, pipere, Darſim & Mentha (in alio, Ruta.) Et carnes Camelinæ, ſunt conferentes patientibus ueram ſciaticam, & moleſtiam febris quartanæ. Expellitur autem nocumentum ab eis, cum extenuantibus ipſorum groſſiciem. ſicut zinziber conditum, & ſiccum (in alio, ſal.)

**Io. Ra.** Sal. Eligitur ad præparandos cibos inſipidos, & faciendum ipſos tranſire per membra: & eſt deſiccatiuum corporum: rectificatur tamen cum ſiſamo: eo quod humectat eius acuitatem, unctuoſitate ſua, & impinguat corpus ſua ſubſtantia. Et ſemina papaueris temperant caliditatem Salis, cum frigiditate ipſorum: & ſemen Canabis, licet ſit calidum. & deſiccatiuum ſpermatis, eſt tamen ſubtiliatiuum, & prouocatiuum urinæ. Et Origanum expellit unctuoſitates, uentoſitates, uenenoſitates. Et herba Aſæ facit adpetere cibum. Et diximus de reſiduis ſpeciebus, quando locuti fuimus de Speciebus.

**Iudæus.** Carnes ſalitæ, Siccatæ, & Miſiſke. Comparantur carnibus recentibus ex quibus fiunt. Sal tamen addit in eis caliditatem, & ſiccitatem, & minuit nutrimentum eius: propterea debent præparari cum lacte, uel brodio facto cum ouis, butyro, uel oleo ſiſamino, & cum pinguedinibus recentibus. Et meliores quæ ſaliuntur de carnibus ſunt quæ duræ, & pingues, quibus conueniet deſiccatio ſalis. Et ſunt conferentes flegmaticis, & humidis, quando ex eis recipitur modicum. Vide ſupra fol. 14. can. 4.

**Ys.** Miſiſke. Id eſt, carnes inciſæ, ſubtiles & longæ, ſalitæ, & deſiccatæ in ſole, quod & Machamar dicitur. Recipiunt qualitates ſpecierum, quæ ponuntur in eis. ſicut ameos, piperis, cardamomi, & coriandri. quæ bonæ ſunt Hydropicis, & inflatis: & maxime quæ poſitæ fuerunt in aceto: eo quod minus ſunt ſiticuloſæ. Auferunt etiam faſtidium factum ex cibis unctuoſis, & ſedant ſitim quæ accidit Ebrijs. Huc apta canonem. 17. ſupra fol. 16.





Carnes Miſiſke. Salitæ, & ſiccatæ. Sal. Vaccinæ, & Camelinæ. Vitulorum. Caprarũ, & Hedorũ. Arietũ.

De Carnibus animalium, ſyluestrium, quadrupedum & auium. Iuuamenta rationabilia.

| | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A 99 | Car. Gazelorũ | Ra. ca. & ſic. ſunt meliores ex car. ex uenationũ. | Cal. & ſic. in 2. | Iuniores. | Colicæ, & paralyſi, & corporibus multaſq; ſuperflui tatum. | Neruos deſiccant. | Cum oleis, & aceto- ſis. | Sang. acutũ. | Frigidæ. | Senectuti. | Hyemi. | Frigidis. |
| B 100 | Leporinæ. | H. ca. & ſic. uentrẽ ſtringẽtes, & urinã prouocãtes. | Cal. & ſic. in 2. | Captæ per uenatores canes. | Superatis a pinguedine. | Vigilare faciunt. | Cum ſpeciebus ſubtiliatiuis. | Melancholia. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Frigidis. |
| C 101 | Grues. | Th. m. & ſic. Io. calid. & ſicc. uel unctuoſæ. | Cal. & ſic. in 2. | Captæ cum falcone aucupatione. | Ventribus exercitio. | Faciunt male digerere. | Cum præparantur cũ ſpeciebus calidis bonis, & bene coctis. | Sang. groſſus. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Frigidis. |
| D 102 | Biſtardi. | G. c. & h. in uno Maſi. in gallinas uel anſeres, etiã natæ ſi groſſicie. | Cal. & hu. in 2. | Remanẽtes in nido, & fatigatæ ante interfectionem. | Mitigat uentoſitates. | Arteticæ, & Colicæ. | Cum darſini oleo, & aceto. | Sang. flegma. | Frigidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Septentriona. |
| E 103 | Pauones. | Io. diffic. digeſtũ. G. aſſimilat corticib. cephaliõ. Io. malæ cõplexiõis. | Cal. & hu. in 2. | Iuuenes. | Stomachis calidis. | Difficilis digeſtionis. | Cum ſuſpenſione ipſorũ per collũ, & appẽſiõe lapidis ad pedes. | Chimus groſſus. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Septentriona. |
| F 104 | Anates, anſeres. | Io. multæ caliditatis, et humidi. H. hũidiores auibus domeſticis. | Cal. & hu. in 2. | Remanẽtes in nido, poſt alios pullos in bonitate. | Impinguant macilentum. | Replent corpus ſuperflui tate. | Cum inſufflatione boracis in gula ipſorũ ante interfectionem. | Humor fleg. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Septentriona. |
| G 105 | Sturnæ. | Io. tempe. calidæ. | Rn. cali. in 1. | Pingues, humidæ. | Conualeſcentibus. | Ventribus frigidis pondera groſa. | Cum præparantur cũ fermento. | Sang. tẽpera. | Temperatis. | Pueris. | Veri. | Orientalibus. |
| H Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOTIO Nocumenti eius. | Quid generatur. | Cõplexiones. | Ætates. | Tempora. | Regiones. |

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

Ior. Carnes Gazelorum. Carnes ſyluestres omnes malæ ſunt, generant enim ſanguinem groſſum, & melancholicum. Gazelorum tamen minoris ſunt maliciæ inter alias. Poſt quas Leporinæ ſunt iuuatiuæ decrepitis, & habentibus cõplexiones frigidas, & maxi-
Ra. me ſenes ex eis. Iuuenibus tamen non ſunt conuenientes: qui ſi comedere appetant ex eis, reponant ipſas una nocte in ſucco Granatorum, & aceto. Lactentes uero, & exeuntes a lacte, dum dicimus, intelliguntur adoleſcentuli Gazelorum.

H. Carnes Leporinæ. Eligitur cerebrum ipſorum aſſum, contra tremorem, cum comeditur
G. cum pipere: quod confert indigentibus cura deſiccatiua, nec eſt bonum indigen-
Ori. tibus cura ſubtiliatiua. Ipſum etiam ſtringit naturam, & urinam prouo-
Ia. cat: & quia paſcua ſua in campis aſſumit, factum eſt ſiccæ naturæ. Nam omnia, quæ paſcuntur in campis, ſunt ſicciora paſcentibus in domo. Et carnes Ceruorum & Arietum montanorum ſunt omnes malæ & nociuæ.

Ior. Grues. Eliguntur ita, ut aſſumatur poſt comeſtionem ipſarum chalce mellitum, & uinum
Io. bibatur croceum, citrinum, & res quæ procurent exitum ipſarum uelociter: eo quod ſunt neruoſæ, & groſſæ pinguedinis, & propterea comedi debent poſt interfectionem ipſarum, cum dimittuntur uno die, uel duobus, & ligatis lapidibus in pedibus ſuſpendãtur: ut teneræ fiant carnes ipſarum: & decoquantur bene in earum decoctione, ut facilius digerantur cum comeduntur. Et taliter fit omnibus, quæ ſunt de huius natura.

Gar. Biſtardi. Prohibentur, quia groſſæ ſunt carnes, & duræ ad digerendum: & meliores ſunt
Filius. ad comedendum, poſtquam interfectæ ſteterunt uno die. Inſigantur pectoribus
Mũd. & coxis ipſarum alliorum fruſta multa, cum pipere, & etiam cum ſpeciebus. Et quando digeruntur, nutriunt multum, & quæ reperiuntur in nidis, laudabiliores ſunt ſenibus. Verumtamen accipiatur poſt eas chalce mellitum, & uinum bonum uetus, cum zinzibere conditum.

G. Pauonum carnes. Odiuntur, quia ſunt magis lactoſæ carnibus aliarum auium, & ma-
Ior. gis difficiles ad digerendum, & magis ſimiles corticibus cephalionum. Debent autem ipſi Pauones poſt interfectionem morando per unam noctem, ſuſpenſi cum pondere, bene decoqui. Prohibetur autem comeſtio illorum hijs, qui utuntur quiete & ſtatu: eo quod ſunt de cibis exercitantium, & motu utentium. Vinum tamen uetus bonum, facit eos digerere.

H. Anates, & Anſeres. Eliguntur cum aſſantur, & inunguntur cum oleo, ad auferendum horribilem odorem ipſarum. Et in præparatione ipſarum, ponantur multæ ſpecies calidæ, ad re-
Io. mouendum ipſarum groſſiciem, & odorem prædictum: eo quod carnes ipſarum malæ ſunt, duræ, & non conuenientes ſtomacho, propter difficultatem digeſtionis ipſarum. H. Humidiores inter carnes auium domeſticarum, ſunt carnes Anſerum: & humidiores inter carnes auium lacualium, ſunt carnes Anatum: quæ quia ſuperfluitates multiplicant, febres generant cum uelocitate.

The. Perdices paruæ, ſeu Sturnæ. Sturni, Phaſianis ſunt in natura propinqui. Et ſecundum
G. ordinem ſe habent in temperantia & ſubtilitate. Nam Sturni principaliter: conſe-
M. quenter Phaſiani: ultimo Perdices, propter deſiccationem ipſorum. Qui non ſunt cibi quibus uti debet ſanus, & maxime motu utentes. Et meliores inter carnes Phaſianorum, Coturnicum, & Turturum ſunt, cum comeduntur in autumno.

Apta hæc quæ ſupra fol. 17. Cano. 12.





Car. Gazelorum. Leporinæ. Gruum. Biſtardorum. Pauonum. Anſerum, Anatum. Sturnorũ.

De Auibus. Iuuamenta rationabilia.

| Numerus | Nomina | Naturæ | Gradus | MELIVS EX RE IPSA quam quæris | IVVAMENTVM eius | NOCVMENTVM eius | REMOTIO Nocumenti eius | Quid generat | Complexiones | Aetates | Tempora | Regiones |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A 106 | Coturnices. | Ind. cal. & ſicc. | cal. & ſicc. in 2. | Nidaſij, & humidi. | Artetice, & frigidis. | Epati calido. | Cum coriandro, & aceto. | Sang. calidus. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Montanis. |
| B 107 | Auiculæ Cizar. | G. c. & ſi. ſo. duriores carne gallinarum. | cal. & ſicc. in 2. | Aſſatæ, & pingues. | Addunt in ſpermate, & coitu. | Humiditatibus primis. | Cum oleo amigdalino. | Humor cholericus. | Frigidis. | Decrepitis. | Frigidis. | Septentriona. |
| C 108 | Nigreci, Merulæ | Ie. cal. & ſic. & malæ, & maxime macilenti. | cal. & ſicc. in 2. | Captæ cum laqueis. | Addunt in erectione urgæ. | Cerebro. | Cum brodijs humidis. | Humor acutus. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Frigidis. |
| D 100 | Gallinæ. | Meſ. temperate calid. | Tpate cali. in 1. | Paſcētes de India: in regione noſtra, uiridibus, & libero campo. | Addunt in cerebro, & ſpermate. | Vtentibus motu. | Cum bono uino, odorifero. | Nutri. tempera. | Temperatis. | Pueris. | Veri. | Temperatis. |
| E 110 | Galli. | Meſ. cal. & ſicc: cum temperamento. | cal. & ſicc. in 2. | Quæ ſunt tēperatę uocis. | Patientibus colicam. | Stomachis. | Cum fatigatione ante interfectionem. | Nutri. illaud. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Septentriona. |
| F 111 | Pulli colūbini. | G. cal. & multæ hu. ſo. hu. eorum ſuperflua. | cal. & hu. in 2. | Adquirentes iam ſibi cibū biſsarti. | Paralyſi ex frigiditate. | Cerebro, & uigilijs. | Cum aceto, & coriandro. | Sang. fortis cali. | Frigi. & humi. | Decrepitis. | Hyemi. | Niuoſis. |
| G 112 | Caſtrata ex aial. | Frigidiora ſunt multo caſtrato, non caſtratis. | Diuerſantur. | Annale, hyrcinum. | Velocis digeſtionis. | Laxant ſtomachum. | Cum ſucco fructuum. | Sang. tēperat. | Temera. in cal. | Iuuenibus. | Hyemi. | Occidentalib. |
| H | Numerus. Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX REipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOTIO Nocumenti eius. | Quid generat. | Complexiones. | Aetates. | Veri. | Regiones. |

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

Ru. Ra. **Coturnices.** Odiuntur aſſatæ: quia ſiccæ ſunt, & maxime nutritæ cum elleboro. Et Turtures calidæ ſunt, & ſiccæ. Verumtamen earum ſiccitas eſt fortis: propter quod non comedantur ex eis niſi pulli ipſarum, & ultimo remanentes in nidis. Et Sturni, & Alchata habent in ſe ſuperfluitates, & ſunt malæ digeſtionis, & mali nutrimenti: & ſanguis ex eis generatus, calidus eſt, & ſiccus. Et Alchata eſt ſiccior, & unctuoſa ualde, obtemperans eas.

G. Ie. Io. **Auiculæ, & Cuzardi.** Prohibentur: quia dum modicum ex oſsibus eorum commiſcetur comedendo ipſos, accidit hyſophago, & in inteſtinis excoriatio. Et quando fit ex pullis eorum froſa cum ouis, & cepis, addunt in coitu. Et ipſorum brodia laxant, & carnes ſtringunt, maxime quando macri ſunt. Et peiores ex eis ſunt, qui impinguantur in domibus. Et Cuzardi ſiſtunt uentrem, & ipſorum brodium confert Colicæ.

G. Mu. Ru. **Nigreci, ſiue Merulæ.** Odiuntur: quia comedunt uermes, & locuſtas: propter quod habent carnium acuitatem, & odores horribiles, & non bonos colores, & ſunt peiores carnibus Cuzardorum. Rufus ponit in auibus tres ordines dicens. Quod meliores ex auibus ſylueſtribus ſunt Calandrellæ, & Sachar (in alio, Sathur pingues.) Deinde ſturni, phaſiani, perdices, turtures, pulli columbini, palumbæ ſylueſtres, & filacoronæ. Et poſt has coturnices, & Cuzardi: licet Cuzardi magis attribuitur medicinæ, quam cibo. Auium ſylueſtrium ordines.

G. Ra. Io. **Gallinæ.** Sunt cibus temperatus: quia nec ſunt calidæ, conuertibiles ad choleram: nec frigidæ, generatiuæ flegmatis. Et ignoramus qualiter uulgus, & quidam Medici dixerunt, quod ſint malæ podagricis, inducentes podagram. Et dicentes hoc, non credimus habere aliquam aliam probationem, niſi proprietatem tantum: nec hoc inuenitur notatum in libris. Verum ipſæ pulchrum efficiunt colorem. Et ipſarum cerebella addunt in cerebro, & ſenſibus. Et ſunt de cibis conualeſcentium, & quieſcentium, & maxime priuſquam ouerint.

G. Ru. Ioh. **Galli.** Ex Gallis ueteribus reſultat uirtus borachia in coctura, qua laxatur uenter: & confert Arteticis, tremori, & febri diuturnæ, peryodali: & maxime quando præparantur cum aqua, ſale, & caulibus, & medulla cartami, & polypodio. Et Gallicellorum nutrimentum, conueniens eſt cum uociferare incipiunt, cunctis hominibus: & gallinarum, prius quam ouent: quibus uti debetur ad comedendum quotidie, uel in maiori parte.

G. Theo. H. **Pulli Columbini, Turtures, & Filacoronæ.** Sunt propinquæ in naturis ſuis: Verum pulli Columbini ſunt nocituri cerebro, & oculis, & maxime, quando fuerint aſſati. Et ſunt multarum ſuperfluitatum. Et ſanguis ipſorum eſt uelocis corruptionis, generans ægritudines ſanguineas: & cibi facti cum diſtillatione humidatum horum pullorum aſſatorum. In quibus etiam ſi apponeretur pinguedo iuuenta in eis, adderent in coitu, & renibus prodeſsent. Turtures uero comedi debent, reſidentes poſt interfectionē ipſas uno die. Verūtamen poſtquā annū tranſierint, non debent comedi.

M. Io. **Caſtrata Animalia.** Cum pinguia fuerint, ſunt boni ſaporis, & humida naturam laxantia & tarde deſcendentia. Macra uero, econtrario ſunt: quia ſunt uelocis deſcenſionis. Et meliores ex earum carnibus ſunt illæ, quæ ſunt mediocres inter maciem & pinguedinem, conuenientes iuuenibus exercitantibus. Et meliores etiam ex earum carnibus ſunt Arietinæ ultimæ iuuentutis: & Vaccinæ non peruenientes ad ultimum iuuentutis: & caſtrati Capuli. Et illis qui modico motu utuntur, carnes Vitulinæ, & Hedinæ ſunt meliores.



Coturnix. Auiculæ, & Cuzardi. Nigreti, & Merulæ, Gallina, Gallus. Pulli colūbini, & Turtures. Capo.

De Piſcibus recentibus, & Salitis. Iuuamenta rationabilia.

| | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A [illegible] | Piſces. | Frigi.& humi. | [illegible] | Petroſi, ſubtilis corporis, & parui. | Ingroſsant corpora. | Faciunt ſitim. | Cum uino, & paſsulis. | Humorem flegma. | Calidis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Calidis. |
| B [illegible] | Præparati in Aſsipitio. | Fri.& hu.in humi.temperata. | Frig.& hu.in 2. | Quorum magnitudo eſt a brachio uſq; ad palmum. | Hepati cholerico. | Viſui. | Cum pheludichi. | Fleg. acetoſum. | Calidis. | Iuuenibus. | Inceptuæ æſtati. | Maritimis. |
| C [illegible] | Saliti. | Cal.& ſicc. | Cal.&ſic.in 2. | Saliti ex longinquo. | Liquefaciunt flegma. | Faciunt Morphæam nigram. | Cum uino rubeo mellito. | Impetigo, & ſcabies. | Frigid.& hu. | Senectuti. | Hyemi. | Meridianis. |
| D [illegible] | Frixi, & in aceto, et herbis. | Frigi.& ſicc. | Fri.& ſicc.in 2. | Humidi, pingues. | Excitant appetitum. | Sciaticæ. | Cum dyatitron. | Sang. Melancholicus. | Humidis. | Decrepitis. | Veri. | Maritimis. |
| E [illegible] | Tharetu. | Calid.& ſicc. | Cal.& ſicc.in 2. | Nõ diu in ſale ſtantes. | Laxant uentrem. | Spleni, & ſtomacho. | Cũ froſa ouorum tremula. | Nutri. malum. | Frigi.& humi. | Decrepitis. | Hyemi. | Septentriona. |
| F [illegible] | Sachne. | Calid.& ſicc. | C.in 2.et ſi.in 2. | Boni odoris. | Malo odoris, prouenientе a ſtomacho. | Sitim inducunt. | Cum medullis lactucarum. | Sang. malæ qualitatis. | Frigi.& humi. | Decrepitis. | Hyemi. | Frigidis. |
| G [illegible] | Vrbien. | Calid.& ſicc. | Cal.& ſic.in 2. | Citrini, recentes. | Addunt in coitu. | Dormitioni. | Cum froſa de oleo amigdalino. | Sang. groſsus. | Frigidis. | Senectuti. | Veri. | Septentriona. |
| H Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOtio Nocumenti eius. | Quid generat. | Complexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

H. **Piſces.** Species Piſcium multæ ſunt. Odiuntur tamen ex omnibus magni, & lacuales, & qui
G. nutriuntur ex limo: quia ſunt nociui ſtomacho, & laxantes uentrem. Et Piſces fluuiales ſunt
D. multarum ſpinarum ſubtilium, & multarum humiditatum: & marini econuerſo. Et Anguillæ ſunt multi nutrimenti, lubricantes uentrem, & mundificantes cannam pulmonis: & uocem clarificant, & addunt in ſpermate: & faſtidiuntur, illæ tamen quæ ſunt magni corporis, & multi nutrimenti: & multarum ſuperfluitatum.

Ior. **Aſsipicium Piſcium unius palmi uſq; ad brachium, qui dicuntur Efocte (alias, Efcele.)** Iu-
G. uamentum eſt Ictericiæ, & febrium cholericarum. Et brodium piſcium in quo apponitur ui-
Ru. num, laxat uentrem. Et Aſsipicium ex piſcibus, eſt melius frixis, & maxime cum farina inuolutis. Et præparati in aceto, ſunt meliores ipſis: prius tamen bullienda eſt aqua, deinde ſunt decoquendi piſces in ea, ut remaneat ſapor eorum, & delectabilis fiant ſaporoſitatis: & taliter non deuaſtabuntur in coquendo. Sunt autem decoquendi aliquanto ſpacio poſt piſcationem, quo corrumpi non poſsint.

G. **Saliti.** Eliguntur ad ſaliendum piſces, illi qui ſunt duriorum carnium, & iuniores: & illi qui
Su. ſunt tenerarum carnium maiores, etiam in ætate prouecti. Caueri autem debet, ne ſint de a-
Ru. quis quibus fimus eſt mixtus, uel limus poſitus ad calidum, uel de illis quibus miſcentur aquæ balneorũ, coquinarũ, uel alueorum qui diſcurrunt a ciuitatibus magnis ad flumina modicũ fluentia. Quod ſi oportet ipſis uti, piſcentur eos in ſuperiori loco fluminis, antequã ad ciuitatẽ perueniant: deinde ſaliant: et comedant poſtquã in ſale deſiccent, cũ multo oleo. Et cum hoc toto piſces illi ſunt conferẽtes, et conſentientes actionibus, quas longũ eſſet enarrare.

Di. **Frixi, cocti, & in aceto depoſiti.** Sunt ſitim minus inducentes, quam ſaliti, & recentes cum
Ior. oleo frixi: propter alterationem, quam recipiunt ex frigiditate aceti. Et ſunt uelocioris digeſtionis & ſubtiliationis, propter admixtionem rerum & ſpecierum in ipſis. Et ſunt mali patientibus melancholiam: quia ſanguinem melancholicum generant. Et eſt ſciendum, quod cauda piſcium, propter motum ipſius, eſt melior dorſo eius, & dorſum melius uentre ipſius. Et oua Piſcium ſunt difficiliora ad digerendum ipſorum carnibus.

Ru. **Tharet.** Eligitur modicum ex eo: quia eſt medicina ſubtiliatiua melancholiæ, & febris quar-
Ie. tanæ, G. Narrauit in Epiſtola ad Glauconem. Non tamen eſt bibendum poſt aſsumptionem ipſius uinum, nec aliæ res calidæ aſsumendæ: & ſimiliter in piſcibus ſalitis: eo quod adderent cum eis corpori caliditatem & ſiccitatem. Et ſunt mali ſtomacho: uerum ſunt ſubtiliatiui. & corpus laxantes calide. Et Curchach ſimilis eſt ei in omnibus modis ſuis.

G. **Sachne.** Eligitur pro illo, cui accidit malus odor ex flegmate corrupto in ſtomacho: & ad
The. ſtomachum faſtiditum ex humiditatibus: eo quod in ipſa eſt inciſio, ſubtiliatio, &
Ra. mundificatio. & hoc propter ſalem qui reperitur in ea: propter quod ſitim inducit, & facit ſodam: & corpus deſiccat. Et confecta ex propinquo, & liquida præprata cum piſcibus pinguibus, eſt minoris nocumenti.

Ru. **Vrbien, & Bubulichi, & Cancri ſaliti.** Sunt difficilis digeſtionis, uentrem laxantes. Et o-
Io. mnes qui ſunt paucæ ſalſedinis, ſunt difficilioris digeſtionis. Marini, ſicci, ſaliti in ſale conſeruati, & carnes Cancrorum fluuialium in brodio præparatorum, conferunt Ethicæ: & ſputo ſanguinis. Et quando combutuntur in uaſe terreo, lutato luto ſapientiæ, in fornace continente lentum ignem, & bibitur cinis ipſorum cum ſyrupo facto de papaueribus, confert ſputo ſanguis. Gambari calidiores ſunt Vrbien.

Apta huc quæ ſupra fol. 17. Canone. 19.



Piſces. Aſsipicium. Piſces ſaliti. Frixi, cocti in aceto. Tharet. Sachne. Vrbien.

De Carnibus membrorum Animalium, & naturis ipſorum: & de recentibus, & ſalſis. Iuuamenta rationabilia.

| | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | 110 | Capita. | Cal. groſſa, et h. | Cal. et hu. in 2. | Quæ ſunt ex animali temperato. | Ventrem laxant, et prouocant urinam. | Leuia faciunt ponderoſa. | Cum darſini, & pipere. | Humor cõpoſi. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Montanis. |
| B | 111 | Cerebra. | Frig. & humi. | Fri. & hu. in 2. | Ex animali completo. | Addunt in cerebro, prouocant uomitũ cum oleo. | Corpus grauant. | Cum ſale, ſinapi, & origano. | Sang. flegmati. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyẽ, uel autũ. | Frigidis. |
| C | 112 | Oculi. | Cal. & humi. | Cal. & hu. in 1. | Mediocriter eminentes. | Addunt in ſpermate. | Abominationem faciunt. | Cum herba aſæ, & origano. | Sang. flegma. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyẽ, uel autũ. | Frigidis. |
| D | 113 | Pedes, cũ tibijs. | Temperati. | Tẽpe. calſi. in 2. | Agnorum, et Hedorum. | Conſolidant oſſa fracta. | Colicæ. | Cum aceto, & croco. | Nutri. bonum. | Temperatis. | Pueris ſeni. maciẽ. in 1. cõual. | Veri, et Aeſtati. | Temperatis. |
| E | 114 | Corda. | Cali. & humi. | Cal. & hu. in 1. | Animalis lactantis. | Exercitantibus conueniunt. | Organis digeſtionis. | Cum aceto, & herba Aſæ. | Nutri. ualidum. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Septentrionali. |
| F | 115 | Vbera. | Cali. & humi. | Cal. & hu. in 2. | De animali temperato. | Multiplicant lac. | Tardę deſcenſionis. | Cum origano, & aceto. | Sãg. melã. et lac. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Montanis. |
| G | 116 | Teſticuli. | Cali. et humi. | Cal. et hu. in 2. | Pingulum Gallorum. | Addunt in ſpermate. | Difficilis digeſtionis. | Cũ Pulegio montano, & ſale. | Sang. et ſpermã. | Frigidis. | Senibus. | Hyemi. | Frigidis. |
| H | Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quęris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOtio Nocumenti eius. | Quid generat. | Complexiones. | Ætates. | Tempora. | Regiones. |
| | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

H. Io. Ru. **Capita.** Carnes Capitum multi ſunt nutrimenti, addentes in ſpermate, & digeſtionem retardantes. Nocent ſtomacho: eo quod laborat in digerendis ipſis: cum ſint naturarum diuerſarum, & mali tranſitus: unde ructuat recipiens de ſapore ipſorum longo tempore poſt comeſtionem. Quæ ructuatio ſedatur, ſi prius eis comedatur Cortana. Et ſunt de cibis exercitantium. Quorum proprietas eſt, inducere fœtorem in urina: quæ remouetur ex maſticatione Maſticis, & ex miſtione in brodio ipſorum. Cuius Maſticis propriũ eſt, facere redolere urinã, ſicut redolet oleum roſaceum.

G. R. Ie. **Cerebra.** Cuiuſlibet Cerebri nutrimentum eſt flegmaticum, tardæ deſcenſionis, & difficilis digeſtionis, habens in ſe cauſſam faſtidij, & uiſcoſitatis, quibus etiam feſtinat corruptio. Et eſt ſtomachi nocitiuum, procurans faſtidium, & uomitum: maxime quando comeduntur poſt cibum cum multo oleo: & magis nocitiuum, non potentibus ipſum digerere, & habentibus defectum appetitus in cibis. Propter quod præparandum eſt cum ſale, aceto, origano, pulegio montano, & cum alijs ſpeciebus calefactiuis, & ſubtiliatiuis.

Io. Ru. **Oculi.** Eliguntur Oculi, quia ſunt naturæ & ſubſtantiæ diuerſarum. Debent tamen comedi ex eis, muſculi, & pinguedo: muſculi tamen ſunt uelocioris deſcenſionis inter omnia quæ comeduntur ex animalibus, & pinguedo natat in orificio ſtomachi: & ex membris animalium muſculi ſunt laudabiliores. Ex eis tamen melius eſt ipſius medium: eo quod extremitates ipſorum muſculorum ſunt neruoſæ. Et linguarum carnes ſunt temperatæ, quarum nutrimentum mediocre in quantitate. Aures uero ſunt cartilaginoſæ: quarum extremitates ſunt comedendæ.

H. Filius. Mũd. **Pedes cum Tibijs.** Eliguntur ex tibijs anteriores; eo quod digeſtibiliores ſunt poſterioribus. Et ex eis partes domeſticæ ſunt digeſtibiliores partibus extrinſecis: quia motus in ipſis tibijs eſt a parte domeſtica, ſeu intrinſeca magis: quæ ſunt pauci nutrimenti, propter earum maciem: & ſunt uelocioris deſcenſionis, propter uiſcoſitatem eorum. Sanguis uero qui generatur ex eis, eſt laudabilis qualitatis. Colla tamen parum ab his deficiunt in bonitate, propter cerebri ſuperfluitatem, & deſtillationem tibiarum. Et carnes prædictæ meliores ſun roſtris, ſiue maxillis animalium. Roſtra uero, ſeu labia, meliora ſunt auribus.

D. Io. Ru. **Corda.** Sunt ualde difficilis digeſtionis. Et illa quæ ſunt temperati animalis, comeduntur cum muri, pipere, & cimino: poſt recipiatur zinziber conditum: quæ cum digeſta fuerint, nutriunt nutrimento multo. Pulmones calidi ſunt & ſicci. Qui ſunt iuuatiui lente febricitantibus, & adoleſcentibus: quia ſunt leuis, & facilis digeſtionis. Et ſunt nocitiui exercitantibus: quoniam ipſorum nutrimentum eſt modicum, flegmaticum, conſtipans uentrem.

Io. Ru. **Vbera.** Carnes horum membrorum, ſimiles ſunt carnibus glandulofis, quarum ſapor eſt dulcis, & ſapidus: & complexio ipſarum humida eſt, declinans ad frigiditatem: & hoc eſt propter ſimilitudinem ipſarum cum ſubſtantia ſpermatis. Et ſanguis generatus ex eis, eſt bonus: & cum digeruntur, nutriunt, nutrimento multo. Et cum ſunt ex animalibus iunioribus ſunt meliores, quam quæ ſunt ex ſenibus: quarum bonitas, & malicia eſt ſecundum bonitatem, & maliciam animalis cuius ſunt. Et dicunt quidam, quod bene decoctæ & comeſtæ, conferunt ad generandum ſperma.

**Teſticulorum.** Subſtantiæ & complexiones, ſimiles ſunt ſubſtantijs, & complexionibus Mammillarum: ſed declinant magis mammillis ad caliditatem: quia ſperma generant. Et ſanguis generatus ex eis, eſt minoris bonitatis, quam ſanguis generatus ex mammillis: & ſunt inſipidi. Et qui ſunt ex animalibus decrepitis, ſunt tardæ digeſtionis. Et Teſticuli inter cibaria uniuerſa ſunt, quorum quantitas modica, multum nutrit. Debent autem comedi cum ſale, origano, & ſalſamentis digeſtiuis.

Apta hæc quæ ſupra fol. 14. Canone. 14. notantur.

G



Capita. Cerebra. Oculi. Pedes cum Tibijs. Corda. Vbera. Teſticuli.

De Membris animaliū interioribus, & eorū partibus extremis. — Iuuamenta rationabilia.

| | Numerus. | Nomina. | Natura. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOtio Nocumenti eius. | Quid generant. | Cōplexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | [illegible] | Hepata. | Cal. & humi. | Cal. & hu. in 2. | Anſerum pinguium. | Non uidentibus de nocte: & præcipue hepar Caprarum. | Stomachum fatigant. | Cum oleo, & ſale. | Sang. mundus. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Septentriona. |
| B | [illegible] | Splenes. | Calid. & ſicc. | Ca. & ſic. in 3. al. 4. | Ex pinguibus animalibus. | Ad ingroſſandum complexionem. | Patientibus melancholiam. | Cum pinguedine, & oleo multo. | Melancholia. | Calid. & humi. | Iuuenibus. | Hyemi. | Montanis. |
| C | [illegible] | Viſcera, et inteſt. | Fri. & neruoſa. | Fri. & ſicc. in 2. | Animalium Arietum. | Quibus cib. ferueſcit (ali. fumeſcit) in ſtomacho. | Varicibus. | Cū Aſſipitio præparato cū galanga & pipere. | Flegma. | Calid. & ſiccis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Montanis. |
| D | [illegible] | Adeps, Pingu. | Cali. & humi. | Cal. & hu. in 1. | De animali temperato (alias, perfecto.) | Coitui. | Vertuntur in fumū, ſanant & laxant abominationē. | Cum uſuen, aceto, & zinzibere. | Nutri. laudabi. | Frigi. & ſicc. | Senibus. | Hyemi. | Septentriona. |
| E | [illegible] | Alæ & Colla. | Tēperate cali. | Tēperate cal. in 2. | De optimis gallinis. | Conualeſcentibus. | Corporibus fortibus. | Bene coctæ cum oleo. | Sang. modicus. | Temperatis. | Pueris. | Veri. | Temperatis. |
| F | [illegible] | Coria, Cutes. | Fri. & ſic. in ꝓportione carnium. | Frig. & ſicc. in 2. | Corium auis humidæ, ſeu lactantis animalis. | Quibus cholera fluit ad ſtomachum. | Generat opilationem, & malam digeſtionem. | Cum aceto, & ſpeciebus, & bona coctura. | Sag. modi. et fr. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Septentriona. |
| G | [illegible] | Ventres. | Groſſæ ſubſtantiæ. | O. | Cum Anſeribus pinguibus, iuuenibus. | Exercitantibus. | Tardæ digeſtionis. | Si bene coquantur cum ſale. | Nut. mediocre. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Frigidis. |

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13





Opinionis Philoſophorum. — Electiones, & Proprietates.

G. Ru. Ior. **Hepata.** Eligitur hepar Caprarum aſſatum, patientibus debilitatem uiſus. Et hepar eſt difficilis digeſtionis, generans groſſum ſanguinem. Hepar Aſininum, quando aſſatum comeditur ieiuno ſtomacho, confert patientibus Epilentiam. Et ſi hepar Caprinum aſſatum comederit patiens Epilentiam, capietur ab ea: & maxime hepar Hyrcinum. Sapidius inter hepata eſt hepar Anſerum pinguium impinguatorum cum paſta, & lacte. Et hepar pinguium Gallinarum. Deinde hepar Porcorum impinguatorum cum ficubus.

G. Ru. Ior. **Splenes.** Splen non eſt ſapidus: eo quod continet quantitatem aliquam ſtipticitatis. Et ſanguis qui generatur ex eo, eſt uehementis maliciæ: quia decliuis eſt ad melancholiam. Sed qui eſt pecorum & animalium humidorum, recentium, & tenerorū, econtra. Renes uero ſunt calidi, & difficilis digeſtionis, & mali nutrimenti: eo quod aliquid de qualitate urinæ patet in eis: ſtringentes naturam. Et præparari debent cum muri & aceto: ut ſint facilis digeſtionis, & uelocis deſcenſionis.

G. Io. Ru. **Viſcera, & Inteſtina.** Odiuntur, quia neruoſa ſunt, & difficilis digeſtionis: & licet bene cocta fuerint, ſanguis tamen generatus ex eis, eſt modicus ualde. Et etiam uaſa ſunt ſuperfluitatum, quas natura expellit, & ſunt remota a corde, & non ſunt in motu continuo, nec aliquid ex eis reſoluitur. Et ſi quis ea comedere uoluerit, faciat ipſa elixari prius: deinde præparari & decoqui cum aceto, & ſpeciebus, ad hoc ut ſint digeſtionis facilioris.

G. Ior. Paulo. **Adeps, et Pinguedo.** Adeps eſt minoris caliditatis & humiditatis Pinguedine: & propterea poſt liquefactionem ipſorum ciborum, coagulatur adeps: & hoc hebetat ſtomachum. Pinguedo uero uertitur in choleram. Et diuerſatur ſecundum diuerſitatem animalium quorum eſt. Adeps igitur Vaccarum eſt ſiccior. Et ſecundum ætates etiam. quia iuuenum eſt humidior adeps. Secundum recentiam, & uetuſtatem: & ſexum maſculi, ſeu fœminæ. Sunt tamen hæc utilia ad præparationem carnium. Quando uero ſolæ comeduntur: generant flegma, & opilationes, & corrumpunt cibum: & maxime dulcem.

Ic. Io. **Alæ, & Collum.** Eliguntur Alæ conualeſcentibus, propter debilitatem caliditatis ipſarum: & quia ſunt uelocioris digeſtionis inter membra auium, & paucarum ſuperfluitatum, & nutrimenti pauci, propter motum ipſarum. Et laudabiliores ex eis ſunt Alæ paruarum auium impinguatarum. Et ſimiliter ſe habent Colla. Et quæ ſunt ex auibus procedentibus in ætate, tam Colla, quam Alæ ipſarum ſunt tardæ digeſtionis, & malæ, nec aliquid boni exiſtit in eis.

G. Iudæus. **Coria, & Cutes.** Auium ſunt laudabiliores cibi inter omnia Coria aliorum animalium, & ſunt ſubtiliora, & uelocioris digeſtionis in proportione aliorum animalium. Et in comparatione auium, membra ipſarum ſunt meliora & deteriora ſecundum modos auium quarum ſunt membra: & ſecundum genus ipſarum, groſſiciem, ætatem, paſcua, loca, tempora, & ſecundum alios modos, quos de auibus diximus. Et ſcias, quod natura non ſtatuit Coria animalibus, ut digerantur, ſeu non digerantur, ſed ſtatuit ea ad expellendum ſuperfluitates, & ad defenſionem corporis, & ad ſentiendum.

G. Iudæus. **Giſerij, ſeu Ventres.** Sunt groſſi. Et meliores ex eis ſunt Giſerij Anſerum pinguium: deinde Gallinarum pinguium. Et hepata auium calida ſunt & humida, ſaporoſa. Et ſanguis generatus ex eis laudabilis. Et ſaporoſiora inter hepata auium. ſunt hepata Anſerum pinguium: deinde hepata Gallinarum iuuenum pinguium: maxime quando nutriuntur ex fructibus maturis & dulcibus.





Hepata. Splenes. Viſcera, & Inteſtina. Adeps, et Pinguedo. Alæ, & Colla. Coria, & Cutis. Ventres.

De Ferculis, & diuerſis manieribus ipſorum. Iuuamenta rationabilia.

| | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | 114 | Sicheis. | Temper. in cal. | Cal. & ipſa. in 4. | Operatum in compoſitione. | Hepati cholerico. | Facit dyſenteriam, & corpus macerat. | Cum dulcoratur ſauo mellis. | Sāg. laudabilis. | Calidis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Calidis. |
| B | 115 | Salhadia, & Stindibeis. | Cali. & humi. | Cal. & hu. in 1. | Temperatæ ſalſedinis. | Colicæ. | Faſtidit, & ſitum efficit. | Cum cibo ſacto ex ſucco, lemoncelorum. | Humor lauda. | Frigidis. | Senectuti. | Veri. | Frigidis. |
| C | 116 | Madua, & Maſkia. | Frie. & ipſa. hu. | Frig. temper. in 1. | Cuius acetoſitas temperata cum ſucco lemoncellorum. | Vincit choleram. | Complexionibus frigidis. | Cum chaloe mellito. | Nutri. flegma. | Calidis. | Iuuenibus. | Veri. | Calidis. |
| D | 117 | Brodium Cicerum. | Cali. & humi. | Cali. & hu. in 1. | Præparatum cū ciceribus, fabis, et lacte dulci. | Paralyſi. | Cholericis. | Cum Sikabegi. | Lac, & ſperma. | Frigidis. | Senectuti. | Veri. | Septentriona. |
| E | 118 | Sumacheria, & Rumania. | Frigi. & ſic. | Fri. & ſicc. in 1. | Cum ſumacho recenti. | Debilitati corporis. | Pectori. | Cum Macha ſebia. | Sang. melanch. | Cali. & humi. | Iuuentuti. | Aeſtati. | Meridionalis. |
| F | 119 | Habariſſa, & Siriſkia. | Cali. et humi. | Cali. et ſicc. in 1. | Cum ſubtilibus carnibus, & frumento mundo. | Coitui, & ſpermati. | Stomacho debili. | Cum muri, & cimino. | Nutri. multum. | Calidis. | Iuuenibus. | Veri. | Septentriona. |
| G | 120 | Ziribes. | Tempera. cali. | Tpat. cali. in 1. | Cum ſyrupo acetoſo. | Hepati. | Inteſtinis. | Cum chalce zuccarino. | Sang. temperatus. | Tpate calidis. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. |
| H | Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOTIO Nocumenti eius. | Quid generatur. | Cōplexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
| | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

Ioada. **Sicheis.** Autores librorum coquinarum dixerunt, quod melius inter modos ſit Sifibes: eo quod iſtud eſt temperatū complexione componentiū: & quod ſit ex ſubtilioribus carnibus: & quod ſit de bonis ſpeciebus, & bonis ſeminibus: et coctū igne, ſuppoſito, et ſuperpoſito. Cum enim taliter præparatur, prodeſt cholericis, & ſanguineis, confortat appetitum, & ſtringit uentrem, propter qualitatem, quā recipiunt carnes ex frigiditate & ſiccitate. Niſi ſit multæ dulcedinis, et pinguedinis: et cū carnibus uaccinis præparatū. et eſt magis iuuatiuū illis quibus deſcendūt ad ſtomachū humores multi, et cholera, ꝑpter amplitudinē meatuū, q ſunt inter iꝑm & fel.

Filius Albes. **Salhadia, et Stindibeis.** Eliguntur hæc duo Fercula pro illis, quorum complexiones declinant ad frigiditatem, declinatione modica (alias, moderatione colica) eo quod ſubtiliant, expellentes ipſam a ſtomacho. Et conferunt habentibus uentoſitates groſſas, & patientibus de conſuetudine colicam. Et præcipue quando ponitur in huiuſmodi ferculis polypodium, & quando etiam ponitur in huiuſmodi brodijs uinum uetus & purum, & bonum, operatur operationem conſimilem.

Ie. Ior. **Madua. Id eſt, carnes coctæ cum lacte acetoſo. Maſkia; id eſt, carnes præparatæ cum ſero.** Madua nutrit nutrimento multo, frigidæ complexionis, generans flegma, & conferens habentibus calidam complexionem: & nocet habentibus frigidam: propter quod præparanda eſt cum bonis ſeminibus, & ſpeciebus calidis, ſicut piper, galanga, darſim: & dulcoratum poſtmodum cum chaloe mellito. Et bibatur uinum citrinum. Et in ſecunda menſa ſumantur penidiæ, & dactyli melliti. Secunda menſa, i. poſt cœnam, uel prandium.

Iudæus. **Brodium Cicerum.** Qualitas uincens in hoc ferculo eſt complexio Cicerum: quod eſt diureticum urinæ, & prouocatio menſtruorum, & lactis: & extrahit fœtum, pulchrum reddit colorem: & nocet renibus & ueſicæ, habentibus corruptionem; quorum inflatio debilior eſt inflatione fabarum. Sunt tamen nutribiliores ipſis. Et quando miſcentur cū eis oua pulli, & cepæ, multiplicant ſperma: & impinguant corpus, et humectant ſiccitates.

Filius Alb. **Sumacheria, & Rumania.** Eliguntur duo fercula, quia ſtomachis ſunt conuenientia: & uentrem ſolubilem conſtipant; & ſunt iuuatiua fluxui ſanguinis, & complexionibus ſanguineis, propter proprietatem quæ eſt in eis. Et qui uolunt conſtringere naturam ipſorum, miſcent in præparatione Spinachiam, & Bletam: & qui conſtringere uolunt ipſam, miſcent in præparatione ipſarum herbam acetoſam, & ſtipites portulacæ. Verum Rumania eſt minor iſta in operatione, qnando non eſt permixtione aliqua dulcorata.

Filius Meſ. **Habariſſa, et Siriſkia.** Hæc duo fercula ſunt nutribiliora inter alia fercula humanis corporibus: quia ſunt eorū qualitatibus cōuenientia. Verūtamen requirunt ſtomachū bonum, ipſa bene digerentem: quæ poſtquā bene digeſta fuerint, & inceſſerint per uias cordis (in alio, per uenas cordis) bene nutriunt, & impinguāt, & roborant uirtutes: efficientes bonū colorem. Sunt tamen tardæ digeſtionis, opilationē generantia, & lapidē, propter multā ſuperfluitatem ipſoꝝ: & præcipue quādo præparanť cum lacte. Et ſunt cibi exercitantiū. Et præparata cū ſpecieb. calidis, ſunt minoris nutrimēti, & ſtabilioris digeſtionis (in alio, facilioris.) Et hæc fercula qū fiūt cū phaſiolis & lentib. naturā retinēt granoꝝ ipſorū: et q̄ fiūt ex frumēto uiridi, ſunt hūidiora.

Ra. **Ziribes.** Eliguntur habentibus complexiones temperatas: eo quod eius nutrimentum eſt temperatum, nec nocet habentibus alias complexiones: præcipue quando eſt temperate compoſita, & præparata. Et uentrem rectificat, repugnans acuitati humorum, & depurans naturam, addens in uirtutibus. Cor lætificat, conferens ægris, quanto magis ſanis.

Ap. huc quæ ſupra fol. 19. Canone, 21.





De diuerſitate Ferculorum. Iuuamenta rationabilia.

| | Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX REipſa quam quęris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOTIO Nocumenti eius. | Quid generatur. | Cōplexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | 141 | Homadia. | Frig. & ſiccum. | Fri. & ſicc. in 2. | Ex citris fuſiatis. | Extinguit feruorem choleræ. | Neruis. | Cum Gallinis pinguibus. | Nutri. bonum. | Calidis. | Iuuentuti. | Aeſtati. | Meridionalib. |
| B | 142 | Tamutia. | Cali. et humi. | Cal. & hu. in 2. | Ex carnibus uitulinis. | Impinguat extenuatos. | Abominationem facit. | Cum acetoſis poſt eam aſſumptis. | Sang. groſſus. | Calidis. | Iuuentuti. | Hyemi. | Montuoſis. |
| C | 143 | Berberesia. | Frig. et ſiccum. | Fri. & ſicc. in 2. | Ex berberis recentibus. | Inflammationi hepatis. | Conſtipatis. | Cum chaloe zuccarino. | Nutrimentum temperatum. | Calidis. | Iuuentuti. | Aeſtati. | Meridianis. |
| D | 144 | Corumbria. | Calida. | Cal. et ſicc. in 2. | Ex pinguedine Gallinarum. | Retardat ebrietatē, & prohibet uaporē uini aſcēdere. | Deſiccat corpus. | Cum uino recenti. | Nutrimen. illaudabile. | Calidis. | Iuuentuti. | Hyemi. | Septentriona. |
| E | 145 | Munturia. | Tpa. in ca. et ſic. | Cal. et ſic. in 2. | Ex ſpeciebus cali. & digeſtiuis. | Ructuationē, & appetitum prouocat. | Dyſentericis. | Cum cibis frigidis ex lagagis, uel nebulis, ſeu medullis pinguib9. | Sang. acutus. | Frigi. & humi. | Senectuti. | Hyemi. et Veri. | Occidentalib. |
| F | 146 | Toroſia, & Ceraſia. | Cali. & humi. | Cal. & hu. in 2. | Quæ fit ex multis ouis. | Addit in coitu. | Choleræ. | Cum acetoſis ſuccis. | Nutrimentum multum. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Septentriona. |
| G | 147 | Agreſtia, uel Choformia. | Frigi. & ſicc. | Cal. ſpat. in 2. | Ex agreſto puro, & recenti. | Vincit choleram. | Pectoribus debilibus. | Cū amigdalis uitis, et nutritis cum lacte. | Ventoſitates in uentre. | Calidis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Meridianis. |





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

Filius. Mun. Homadia fit de aceto. Eligitur in ebrijs, & habentibus calidas complexiones, & conſuetis pati mechite, & habentibus ſcire: & deteſtatur habentibus complexiones frigidas, & decrepitis. Nec comedant poſt hunc cibum dactylos mellitos, ſed bibant bonum uinum, purum. Cibus tamen hic exaſperat guttur, & obeſt pulmoni, tuſsi, & pectori: & obtemperat humores prauos.

Filius. Alb. Tamutia. Id eſt, carnes præparatæ cum furneſt, & ſunt digeſtibiliores, quam coctæ ſuper tripodes. Eliguntur, quia addunt in coitu, & corpus impinguant: generant ſanguinem, & uentrem obtemperant, expellentes uentoſitates, & dolores corporis ex frigiditate. Et deteſtatur ſtomachis debilibus, & conſuetis pati nauſeam, uel abominationem, & illis quorum cibi conuertuntur in choleram.

Ior. Berbereſia. Id eſt, carnes præparatæ cum Berberis. Eliguntur habentibus complexiones calidas, & habentibus hepar inflammatum, & conſuetis pati fluxum cholericum. Et hic cibus eſt ſaporoſior inter omnia cibaria ſtiptica, & plurium iuuamentorum: & quod in hoc cibo continetur ſapor bonus, & medicinale iuuamentum: & maxime, quando fuerit recens, & præparantur cum eo carnes Phaſianorum, Perdicum, & Pullorum columbinorum (alias, pullorum tantum) & cum fuerint bene præparatæ.

Ar. Corumbria. Id eſt, carnes præparatæ cum Berberis caulibus. Eligitur brodium caulium ad laxandum uentrem: eo quod mundificat: & eligitur ſubſtantia ipſorum ad ſtringendum, eo quod deſiccat, & eſt iuuatiua ebrijs. Verumtamen debilitat ipſum, ſicut lentes: & præcipue oculos ſiccæ complexionis. Sed conferunt oculis humidis, & ſpecialiter caules æſtiui. Sunt tamen mali ſtomacho, & boni tremori, & uiſceribus: & maxime ſpleni. Et ſoluunt maliciam uenarum, & menſtrua prouocant.

Maſ. Munturia. Id eſt, carnes frixæ, & præparatæ cum aceto & ſpeciebus. Brodia huius ferculi habent uirtutem ſubtiliatiuam humorum, & inciſiuam flegmatis: & hoc propter admixtionem acetoſitatis & ſalſedinis ipſorum. Habet tamen ferculum hoc, quantitatem aliquam difficilis digeſtionis: propter uarias cauſas & ſpecies, quæ miſcentur in eis. Et non eſt nociuum habentibus complexiones frigidas & calidas: uerum tamen nociuum neruis, & melancholiæ.

Filius. Meſ. Toroſia. Id eſt, carnes coctæ cum ouis: & Ceraſia, Id eſt, carnes coctæ cum lacte acetoſo. Deteſtabilis eſt illis qui conſueuerunt pati nauſeam, & habentibus ſtomachum calidum & inflammatum: propter ſitim quam efficiunt, & propter multam aquam quæ bibitur poſtea, ut auxilietur exitum ipſius ferculi. Et eſt cibus uernalis, conferens robuſtis, & exercitantibus: & cum huiuſmodi ferculum digeritur, nutrit multum. Ferculum uero dictum Ceraſia, debilius eſt in operatione.

Hali. Filius. Alb. Agreſtia, uel Choformia. Id eſt, carnes præparatæ cum agreſtia. Eligitur huiuſmodi ferculum, cum præparatur cum bono ſucco agreſtiæ, quam decoxerit æſtas quantitate aliqua decoctionis. Et quando præparatur cum ſucco recenti agreſtiæ, eſt fortior in infrigidando, & magis conferens cholericis & ſanguineis. Generat tamen uentoſitatem in ſtomacho, & in inteſtinis: eo quod eſt ſuccus immaturus & indigeſtus, nec tempus habuit, ſeu ſpacium ad coquendum ipſum. Cum ſtipticitate ſtringit uentrem.

Apta huc quę ſupra fol. 50. Canone. 22.





Homadia. Tamutia. Berbereſia. Corumbria. Munturia. Toroſia, Ceraſia. Agreſtia.

| Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX REipſa quam quęris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOtio Nocumenti eius. | Quid generat. | Complexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A 108 | Mechelebria. | Temperat. cali. & humi. | Temp. ſic. in 1. | Præparatum cū pinguedine Gallinarū, & q̃d non eſt durū multū. | Conſeruat ſanitatem. | Cholericis. | Quando prius comedun tur agreſtia. | Nutrimentum temperatum. | Temperatis. | Omnibus. | Hyemi. | Temperatis. |
| B 109 | Pumata, & Cibeſia. | Frigid. & ſicc. | Fri. & ſicc. in 1. | Muata, & ſpeciata. | Fluxui cholerico. | Fuſi. | Cum Gallinis pinguibus. | Frig. temperatum. | Cholericis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Meridianis. |
| C 110 | Rapata, & Cumabitia. | Cali. & multæ uentoſitatis. | Tēper. cal. in 1. | De ouis Cabuſu recentibus. | Vrinam prouocant. | Viſum obtenebrant. | Cum uino recenti. | Sang. ſubtilis, aquoſus. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Frigidis. |
| D 111 | Diſiſcera. | Temperat. calid. & ſicc. | Tēper. cal. in 2. | Quod eſt tēperatæ aceto ſitatis, & ſalſedinis. | Male digeſtioni, occaſione frigiditatis. | Melancholiæ. | Cum condito de cucurbitis. | Sang. melancholicus. | Calidis. | Iuuenibus. | Veri. | Meridianis. |
| E 112 | Rizon, et miliū cum lacte. | Calid. temperat. humi. | Cal. & hu. in 1. | Cū lacte caprino, puro. | Vlcerata inteſtina glutinat. | Opilationi. | Cum zuccaro Taberzet. | Nutri. bonum. | Temperatis. | Omnibus. | Veri. | Temperatis. |
| F 113 | Magumimæ. | Inclinata ad ſicc. tempera. cali. | Tēper. ſic. in 1. | Ex temperatis in complexionibus. | Stomachis flegmaticis. | Pectori, et inteſtinis. | Cum mechelebria. | Sang. melancholicus. | Tempera. in cal. | Seneſtuti. | Aeſtati. | Calidis. |
| G 114 | Maskinbe. | Cali. & humi. | Cali. & hu. in 2. | Bene cocta, habens aliquā humiditatem. | Exercitantibus. | Faſtidis. | Cum uino ſubtili. | Nutri. multū. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Frigidis. |

De diuerſitate Ferculorum. — Iuuamenta rationabilia.





Opiniones Philoſophorum. — Electiones, & Proprietates.

Filius. Ma. Mechelebria. Id eſt, ferculum, quod fit ex carnibus, rizo, & lacte, & ſpeciebus calidis. Eſt cibus temperatus, bonus temperatis complexionibus. Temperantia uero ſua eſt in eo, quod caliditas conuertitur ex frigiditate rizon, & obtemperatur ſiccitas rizon, æquata lactis humiditati. Et eſt de cibis quieſcentium, & exercitantium moderate, & maxime temporibus temperatis. Qui cibus nec conſtrictiuus, nec laxatiuus exiſtens, purificat intellectum, & delectabilia ſomnia efficit.

Filius. Alb. Pumata, & Kibeſia. Eliguntur hæc duo fercula habentibus complexiones cholericas, & habentibus ſtomachum debilem, & habentibus hepar calidum, uel inflammatum, & habentibus diuturnum fluxum cholericum: & communicantur patientibus aſperitatem pectoris & pulmonis: & colicis, habentibus complexiones frigidas. Et ſunt nociua neruis. Sunt etiam offendentes ſperma & coitum, minuentes appetitum.

Ma. Rapata, & Cumabida. Eliguntur huiuſmodi fercula caulium, habentibus complexiones frigidas. Gumebet eſt maneries caulis, cuius flos magnus & groſſus, ſicut unum uas magnum. Et odiuntur, quia flegma generant, faciunt uentoſitates, & dolores fortes. Et bona ſunt ad prouocandam urinam, & maxime quando præparantur oua caulium ipſorum tantum: & quando elixantur cum aqua & ſale huiuſmodi caules, ſunt nocui ſtomacho. Rapata uero calida eſt & humida, addens in coitu, quia uentoſitatum eſt generatiua: quæ cum bene digeritur, nutrit nutrimento multo & bono.

Filius. Ma. Diſiſcera. Eſt ferculum acetoſum, factum de carnibus, & ſucco acetoſo, & muri. Eliguntur Diſiſcera habentibus humidum ſtomachum, & plenum flegmate. Verumtamen eſt nociuum melancholiæ, & habentibus complexiones frigidas & ſiccas, & macilentis. Et hic cibus conficit ex Aſſipitio muri, ſeu uini: & generaliter uini eſt confectio, facta ex farina groſſa (quæ nominatur polina) ſale, origano, & aqua: quæ conſeruatur ad uſum. Hic cibus habet multas diuerſas operationes: eo quod in eo ſunt plures & diuerſi ſapores, uidelicet, dulcedo, acetoſitas, et ſalſedo: et ſecundū hanc rationē complexio eius dicit a complexione uincētis.

Ra. Rizon, et Milium præparatum cum lacte. Eligitur hic cibus factus ex Rizon, uel ex Milio cum lacte, eo quod lac humectat ſiccitatem ipſorum: & fit propterea cibus temperatus in humiditate & ſiccitate, inclinans ad frigiditatem: quæ nutrit corpus multum: & quando comeditur cum zuccaro, uel melle, uelocius digeritur. Verumtamen eſt cibus inconueniens habentibus opilationem renum & hepatis, & illis in quorum renibus generatur lapis. Verum Milium, & Panicium, & Rizon ſunt frigidiora, licet ſint æqualia in ſiccitate. Quidam tamen dixerunt, quod Rizon calefacit calefactos.

Iudæus. Magumimæ. Sunt carnes præparatæ cum aceto in uaſe fictili, cuius orificium fit obturatum cum cæra, ſeu paſta. De proprietate huius ferculi, eſt incidere flegma cum ſalſedine & acetoſitate, quæ ſunt in eo: & eſt humorum ſubtiliatiuum, & nutrit abundanter quando digeritur. Verum replet caput acutis uaporibus, & obeſt cerebro & neruis. Eſt malum habentibus ſtomachos debiles. Et poſt hunc cibum diliguntur a quibuſdam Melones comech: quod eſt de rebus magis offendentibus digeſtionem ipſius.

Io. Maskinbe. Id eſt, carnes aſſæ in loco quem ignis inflammauit. Aduerſantur conualeſcentibus, & utentibus quiete, & ſtatu, & ſtomachum habentibus debilem: maxime quando comeditur cum ſubtilibus cibis, uel poſt comeſtionem ipſius, aſſumatur cibus ſtipticus: eo quod fumeſcit cibus iſte in ſtomacho ipſorum & corrumpitur. Attamen bonus eſt exercitantibus fortiter, & illis, quorum corpus eſt calidum, & pori aperti.

Apta huc quæ ſupra fol. 11. Canone. 14.



Maskinbe. Magumimæ. Rizon & Miliū cum lacte. Diſiſcera. Rapata, & Cumabitia. Pumata, & Kibeſia. Mechelebria.

De Ferculis infrigidatis, ſeu frixis, & aſſis ſupra carbones, & aſſis in ueru, pinguedineq; unctis. Iuuamenta rationabilia.

| | Numerus. | Nomina. | Natura. | Gradus. | MELIUS EX RE IPSA quam quæris. | IUUAMENTUM eius. | NOCUMENTUM eius. | REMOTIO Nocumenti eius. | Quid generat. | Complexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | 155 | Biſmagnard. | Cali. et groſsi. | Tpate cali. in 1. | Præparatum cum ſucco acetoſorũ fructuum. | Fortificat uirtutes. | Digeſtioni. | Cum uino odoriſero. | Sang. plurimũ temperatus. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Septentrionã. |
| B | 156 | Mudacatatæ. | Cali. & humi. | Cali. & hu. in 1. | Ex carnibus animaliũ ſubtiliũ. | Corpus impinguat. | Faſtidit. | Cum ſucco Sumach. | Sang. temperatus. | Temperatis. | Senectuti. | Veri. | Temperatis. |
| C | 157 | Thabeget. | Temperatum in caliditate. | Tpate cali. in 1. | Cum aceto, & ſucco Lemoncellorũ. | Stomachis cholericis. | Neruis, & ægritudinibus. | Cum chalce zuccarino. | Nutri. bonum. | Calidis. | Iuuenibus. | Veri. | Occidentalib. |
| D | 158 | Suffrixa. | Cali. tempera te, ſicc. | Tpate cali. in 1. | Humoroſum, dulce. | Memoriã meliorat. | Orificio ſtomachi. | Cum acetoſis. | Sang. declinans ad ſiccitatem. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Septentrionã. |
| E | 159 | Suffrixa ſalſa. | Calida. | Cal. & ſicc. in 1. | Vnctuoſum, dulce. | Confortat, et ſanitatẽ conſeruat. | Pectori, & ſitim inducit. | Cũ zinzibere dulci, uel condimẽto de cucurbita. | Nutrimen. ſicc. temperatũ. | Flegmaticis. | Decrepitis. | Hyemi. | Septentrionã. |
| F | 160 | Aſſũ ſup carbo | Cali. & humi. | Cali. & hu. in 1. | Coctum, humoroſum, & molle. | Minutionem celebrantibus. | Patiẽtibus in ſtomacho. | Cum triſera minori. | Nutri. multum ſi digeritur. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Septentrionã. |
| G | 161 | Aſſum in ueru. | Cal. naturaliter hu. accidẽtaliter | Cali. et hu. in 2. | Humoroſum ualde, & coctum (alias, acutum.) | Spiritum uitalem auget. | Stomachis debilibus. | Cũ uino odoriſero. | Sicut aſſa ſupra carbones. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Montuoſis. |
| | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

Filius. Miſe. **Biſmagnard, & Sembuſuch.** Biſmagnard, id eſt, cibus factus cum aqua roſ. & ſuccis acetoſis. Eligitur utentibus motu laborioſo, bene digerentibus, & ſtomachũ calidum habẽtibus: eo quod eſt compoſitũ ex ſubſtantijs diuerſis. Et licet diuerſæ ſubſtantiæ fatigent, tamen ſtomachus reducet eas in naturã conſimilem. Et hic cibus nutrit nutrimento multo, forti, & bono, cum digeritur. Et Sembuſuch, id eſt, Calizon panis: quorum paſta non digeritur, quando non bene decoquuntur cum fiunt. Et Sembuſuch eſt cibus, qui dicitur Ramoli, factus de carnibus minutim inciſis, & ouis, & herbis: & impedit digeſtionẽ eorundẽ unctuoſum eorum.

Hali. Filius. Alb. **Mudacatatæ.** Eliguntur carnes conciſæ, ſeu minutim inciſæ, pro illis quibus laxatio multiplicatur cauſsa coitus: uel pro exercitantibus exercitio forti: uel quibus ſuperueniunt accidentia animæ retardantia digeſtionem, quæ faciunt languorem & timorem. Pars ſubſtantiæ carnium in brodium conuertatur: unde digeſtiua poteſt leuiter conuertere ipſas in ſanguinem, & corpus ex hoc recipiet iuuamentum. Mundacatatæ, eſt cibus qui fit de carnibus minutim inciſis cum ſpeciebus.

Filius. Mes. **Thabeget.** Eſt cibus cum carnibus frixis, poſtmodum præparatis cum acetoſis. Eligitur Thabeget acetoſa pro illis, in quorum ſtomacho generatur Flegma cum Cholerã: eo quod ipſa ſua ſiccitate deſiccant flegma, & acetoſitate choleram. Et hij cibi nutriunt corpus nutrimento multo, inclinante ad ſiccitatem. Et ex eis quæ præparata fuerint cum Sumach, confortant ſtomachum, & retinent naturã. Et præparata cũ ſucco Limocellorum, prouocant appetitũ.

Eiſen. Di. **Suffrixa.** Eliguntur Suffrixa ſine brodio, pro illis, in quorum ſtomachis flegma multiplicatur: eo quod ipſum incidunt: maxime, cum præparantur cum calidis ſpeciebus. Species enim retardant digeſtionem ipſorum. Et hic cibus generat nutrimentum ſiccum: propter quod eſt de cibis illorum, qui utuntur exercitio forti, & maxime cum fuerint ex carnibus inclinantibus ad groſsiciem.

Ioh. Io. **Suffrixa ſalſa.** Eliguntur pro habentibus ſtomachum humidum, & quibus accidit obliuio, & habentibus ægritudines flegmaticas, & utentibus exercitio, & motu: eo quod carnes, quæ recipiuntur ſic præparatæ, non cito diſſoluuntur, propter ſiccitatem, & ipſorum reſiſtentiam. Verumtamen hic cibus debiles ſtomachos fatigat, poſtquam accidit abominatio ſitis, & dolor debilis, leuis in corpore.

Filius. Alb. **Aſsum ſupra carbones.** Eliguntur carnes aſsatæ ſupra carbones, eo quod multum nutriunt: & odiuntur propter tarditatem deſcenſionis ipſarum. Et aſsaturæ huiuſmodi carnium agnorum paruorum efficiunt conuenientius & melius nutrimentum: maxime illis, qui per minutionem euacuati fuerint: eo quod humoroſitas ipſarum conuertitur in ſanguinem uelociter, & confortat uirtutem uitalem.

D. Filius. Iol. **Aſsum in ueru.** Eliguntur carnes aſsatæ in ueru illæ, quæ ſunt iuuenum Gallinarum, Perdicum, & Phaſianorum, quarum aſsationi carbones ſuppoſiti, non fuerint malæ qualitatis: & infundatur ſæpe ipſi aſsaturæ oleum amigdalinum: propter quod aſsata accipient humiditatem alteram ab humiditate ſua. Et iſtæ aſsaturæ ſunt de cibis habentium ſtomachũ calidum, & habentium poros largos, & exercitantium exercitio multo.

Apta huc quæ ſupra fol. 12. Canone. 24. notantur.



Biſmagnard, Mudacatatæ, Thabeget. Suffrixa. Suffrixa ſalſa. Aſſum ſup carb. Aſſum in ueru.

De Aſatis, & his quæ auferunt odorem alleorum. Iuuamenta rationabilia.

| | Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOtio Nocumenti eius. | Quid generat. | Complexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | [illegible] | Aſum. | Calid. & humi. | Cal. & hu. in 1. | Aſum ſupra aquam. | Carnes efficis cartilaginoſas. | Stomachum offendit. | Cum exercitio forti. | Nutri. multū. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Frigidis. |
| B | [illegible] | Iudep de pane. | Calid. & humi. | Cal. & hu. in 1. | Cum pane fermentato. | Macilentis, et gracilibus. | Viſceribus humidis. | Cum ſtipticis poſt ipſas commeſtis. | Sang. ualde hu. | Frigi. & ſiccis. | Senectuti. | Autumno. | Septentriona. |
| C | 104 | Iudep Cathay. | Calid. & ſicc. | Cal. & ſic. in 2. | Carens nucibus, & melle. | Vtetibus uenatione ſemper. | Corrumpitur, & replet. | Cum citrullis dulcibus. | Sāg. ualde acu. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Montuoſis. |
| D | [illegible] | Iud. p de papauere. | Tēpe. cal. & hu. | Tēper. cal. in 1. | Cum zuccaro, oleo amigdal. & gallis. | Vigilijs, & Tuſsi. | Viſceribus debilibus. | Cum ſtipticis; ſicut cydonijs. | Sang. tempera. | Temperatis. | Omnibus. | Veri. | Occidētalibus. |
| E | [illegible] | Iudep de melon. et medul. amig. | Tēpe. cal. & hu. | Tēpe. c. ſch. in 2. | Zuccarū temperatæ dulcedinis. | Prouocant ſperma, & urinam. | Corrumpūt ſanguinem. | Cum cibis acetoſis. | Sāg. uelocis cōr. | Siccis. | Decrepitis. | Autumno. | Septentriona. |
| F | [illegible] | Iudep de dactylis. | Calid. & ſicc. | Cal. & ſicc. in 2. | Cum dactyl. recentibus. | Coitui. | Sanguinem calidum efficit. | Cum granatis muzis. | Sang. turbidus. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Septentriona. |
| G | 108 | Coriandrum. | Oni. f. ech. Hip. tepidā. In. f. ecſ. | Fri. & ſicc. in 1. | Hortulanū, recens. | Extinguit calorem ſanguinis. | Cordi. | Cum ſyrupo acetoſo de cydonijs, ſeu gallis. | Nutri. modicū. | Calidis. | Iuuenibus. | Aeſtate. | Meridiona. |
| | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

**Aſum.** Antiqui Medicorum conſyderauerunt cocta Aſsata, & Frixa in comparatione corporis humani: dicentes, quod ex Aſsis & Frixis nutrimentum quod recipit corpus, eſt ſiccum: eo quod Aſsum non habet in ſe humiditatis quantitatem qua poſsit humectare corpus, licet diu moretur in ſtomacho. Et Frixum eodem modo. Et carnes omnes elixæ in aqua, ſe habent econtrario: eo quod recipiunt humiditatem ab aqua: & aqua humidiſsimum eſt Elementorum, ſicut Medici dicunt.

**Iudep de pane. Id eſt, offa.** Eligitur pro macilentis, & uolentibus corpus impinguare: eo quod multum nutrit, & uelociter deſcendit: cuius nutrimentum eſt laudabile. Sanguis generatus ex ipſa eſt fortis, & bonus: & maxime, quando conficitur cum pane fermentato cocto: quæ laxatiua eſt uentris, conferens habentibus tuſsim, & aſperitatem cannæ pulmonis. Et eſt generatiua lapidum, & opilationum.

**Iudep Chatay. Id eſt, offa.** Hic cibus eſt multi nutrimenti, & tardæ digeſtionis: & cum præparatur cum nucibus, uel oleo ipſarum, eſt fortis caliditatis: & cum amigdalis & oleo ipſarum, ſeu Seſamino, uel pinguedine Gallinarum, eſt temperatæ caliditatis. Et Iudep de Muſis, eſt difficilioris deſcenſionis a ſtomacho. Et quando præparatur cum zaccharo, addit in ſpermate, & urinam prouocat, & laxat uentrem, aſperitati pectoris conferens.

**Iudep de papauere.** Eligitur cum zaccharo, præparatum ad infrigidandum corpus: & ad prouocandum ſomnum: propter frigiditatem papaueris: & quia multum moratur in ſtomacho; & confert tuſsi, & aſperitati pectoris, & pulmonis, & quibus reumatizat caput. Deſcendens ab eo humor, ſubtilis, calidus. Et eſt tardæ digeſtionis: maxime quando eſt cum multo oleo. Et quando præparatur hic cibus cum papaueribus recentibus eſt fortioris præparationis.

**Iudep de Melonibus, & medullis Amigdalarum.** Deteſtatur: eo quod fit de Melonibus multæ dulcedinis: & quia ſunt uelociter conuertibiles, corrumpunt humores exiſtentes in uenis: propter quod febris accidit iuxta uelocem humorum corruptionem, ſeu tarditatem ipſorum. Remotio uero nocumenti ipſorum fit, cum comeduntur prius ipſis acetoſa, & poſt fructus pontici, ſicut Citonia. Cibus uero qui fit de medullis amigdalarum & nobulis, eſt ſimilis cibo qui fit cum zaccharo & ſuis maneriebus, & operationibus: tamen omnes huiuſmodi cibi ſunt tardæ digeſtionis.

**Iudep de dactylis.** Cibus qui fit ex Dactylis, eſt Rutal, eſt multi nutrimenti, & uelocis deſcenſionis, & digeſtionis. Laxat uentrem, opilationem generat, & nocet ægritudinibus ſplenis, & hepatis: corpus impinguat, conferens uentoſitatibus groſsis, & ægritudinibus frigidis, & maxime quando in præparatione admiſcetur fauus mellis, & crocus.

**Coriandrum.** Contingit, quod plures diligunt comedere allia recentia, & cepas cum ſulzio uel lacte: quæ odiuntur, propter odorem ipſorum. Et facit ſedare odorem ipſorum maſticatio Coriandri uiridis, uel ſicci, rutæ, pulegij, corticis citri, & foliorum ipſorum, & lauatio oris cum uino odorifero & bono, ſeu maſticatio ſtipticorum aromaticorum. ſicut Citonia, & Poma, & his ſimilia: & etiam maſticatio piperi, gariofili, ligni alces, & mentaſtrum.

Apta huc quę ſupra fol. 22. Canone. 35.

H



Aſum. Iudep de pane. Iudep de Chatay. Iudep de papauere. Iudep de Melonibus. Iudep de dactylis. Coriandrum.

| H | Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOtio Nocumenti eius. | Quid gñatur. | Cōplexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | 169 | Zuccharum. | Elec. ſecūdū Ori. ſoh. uero eſt cal. ſor. cali. & hu. | Ca. in 1. hu. in 2. | Album, clarum. | Mundificat corpus, & prodeſt renibus. | Sitim efficit, et commouet choleram. | Cum granatis muſis. | Sang. non malus. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. | Habitabilibus. |
| B | 170 | Mel. | Cal. Ori. calid. & ſicc. | Cali. & ſic. in 2. | Quod eſt inflans. | Mūdificat, laxat, et phibet corruptiōem carniū, et aliorū, et hūectat. | Sitim efficit. | Cum pomis muſis. | Sang. calidus. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Montanis. alias, frigidis. |
| C | 171 | Feludichi. | Cal. calidum. | Cal. tēper. in 1. | Zuccarinum. | Pectori, & pulmoni. | Opilat ſplenem, & hepar. | Cum modico amido, & multo Zuccharo. | Nutrimentum calidum. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Frigidis. |
| D | 172 | Carayſ cū nucib. | Calidum. | Cali. & hu. in 2. | Bene coctum & fermentatum, ſicut panis quadratus. | Vrētibus excretiuo. | Efficit bothor in ore, & opilat hepar. | Cum granatis bonis. | Sang. non coctus. | Frigidis. | Senectuti. | Hyemi. | Frigidis. |
| E | 173 | Chabis. | Valde calid. & minor feludichi in uiſcoſitate. | Cali. tēpe. in 2. | Cum micis panis, bene coctis. | Meliores feludichi cerebro. | Hepati groſſo. | Cum citrulis recentibus. | Nutrimentum multum. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Frigidis. |
| F | 174 | Chaloe cū nucib. | Fortis caliditatis. | Cal. & ſicc. in 2. | Quod eſt puræ albedinis. | Stomacho flegmatico, & renibus. | Facit grauedinem capitis. | Cum lactucis, et papaueribus. | Ipa. multū, ali. nutri. multū, uel ſpermā multū. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Septentrionali. |
| G | 175 | Cuſkabege. | Temperate calidum. | Cal. in 1. | Bene cocti, & modici olei. | Synthetcis (alias, dyſentericis). | Faſtidis. | Cum uino lymphato. | Nutrimentum multum. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Frigidis. |

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13





**Zuccharum** Melius ex zaccharo eſt Calaxzec: & laudabilius & ſubtilius ex eo, quod eſt ce
ne colatum. Eſt tamen zaccharū temperatæ complexionis, ſed inclinat ad humiditatem (alias,
caliditatem) quod eſt in omnibus ſuis modis ſimile melli: ſed ſitim ualde non efficit ſicut mel,
attamen nutrimentum eius eſt maius nutrimento mellis. Sed ſi coquatur & deſpumetur, ſedat
ſitim: & tuſsim, & ægritudinem ſtomachi, & renum, & ueſicæ, & caliditatem extinguit.
Manna calida eſt in primo gradu, utilis pectori, & pulmoni. Verum illa quæ cadit ſuper ar-
bores glandiū eſt ſicca: ſed illa quæ cadit ſupra arborem landri, eſt calida & ſicca.

**Mel.** Vrinam prouocat, & uomitum commouet. Et quando cum aqua decoquitur, & de-
ſpumatur, perditur acuitas eius, & minuitur dulcedo & inflammatio eius (in alio, inflatio)
& nutrimentum eius augetur, & urinæ prouocatio, & uentris laxatio. Et melius ex eo eſt a-
cutum, puræ dulcedinis, ſpiſsum, & uernale, declinans ad rubedinem. Et Deps, id eſt, mel
dactylorum, calidum eſt & humidum, complexionis temperatæ. Quod uero ex eo in ſole de-
coquitur, eſt minoris humiditatis, & multæ dulcedinis, & caliditatis. Rob uero cali-
dum eſt & ſiccum, ſanguinem comburens. Muſum uero ex eo, eſt minoris caliditatis.

**Feludichi.** Eſt multi nutrimenti, & difficilis digeſtionis. Leuſunichi ſubtilius eſt Çarayſ, &
eſt minoris nutrimenti, & difficilioris digeſtionis. Fingi uero ſunt leuiores prædictis ad dige-
rendum. Omnibus uero dictis cibis, quieſcentes uti non debent: eo quod ſunt magis con-
uenientes exercitantibus. Remouetur autem nocumentum ipſorum cum optimo ui-
no aſſumpto, poſt quatuor horas finita comeſtione prædictorum. Prædictos
uero cibos comedere non debent habentes hepatis ſeu ſplenis opi-
lationem. Sunt tamen hij iuuatiui pectoris.

**Carayſ cum nucibus.** Deteſtantur illis, qui timent generationem lapidis fieri in ueſicis eo-
rum: & præcipue habentibus renes calidos, & opilationem patientibus in hepate: propter
uiſcoſitatem ipſorum: & ſunt conferentes patientibus apoſtema pectoris, ſeu pulmonis. Et
quando præparantur cum zaccharo, amigdalis, & nucibus, habentibus ſtomachum tempe-
ratum. Qui dicitur Quadratum: pro eo, quod quarta pars eſt mica panis: alia ex rebus, quibus
farcitur: alia ex paſta circūſtante: & reliqua ex aceto. Res uero replentes ex quibus farcitur, ſicut
ſunt Leuſimcheri, cuius tertia pars ſunt amigdalæ, & duæ tertiæ ſunt zaccharum: & ſpe-
cies debent eſſe ea proportione, qua recipiantur delectabiliter a guſtu.

**Chabis** Hippocrates dicit, quod milla quæ fiunt ex farina frumenti, melle, oleo oliuarum,
uel alijs oleis, ſunt uelocis deſcenſionis, & corrumpuntur ualociter in ſtomacho: eo
quod farina, & oleum ſunt uelocis deſcenſionis: & mellis etiam deſcenſio-
nis uelocitas ſedatur, cum igne decoquitur: & uelocitas corrupti-
onis ipſius eſt, quia cum bene decoquitur cibus ipſe, acuitur
mel & oleum: et cum non decoquitur, remanet farina cruda.

**Chaloe cum nucibus.** Omnes modi & naturæ, ſeu cubaiæ, qui fiunt cum nucibus & melle,
ſunt generatiui choleræ: & qui fiunt cum amigdalis, ſunt conferentes tuſsi quæ fit ex humidi-
tate. Et qui ex eis præparantur cum feſticis & melle, ſunt conferentes habentibus in pectore &
pulmone opilationē, & humorem flegmaticum. Et qui præparantur cum papaueribus & zac-
charo, ſunt conferentes fluxui reumatis, & tuſsi quæ fit ex caliditate. Et præparati cum Siſa-
mino, faſtidiunt, licet ſint multi nutrimenti. Verumtamen permutatur complexio
cuiuslibet Chaloe ex rebus quæ miſcentu[...] melle.

**Cuſkabenchi.** Nutriunt magis quam aliqui modi Cha[...]runtur: eo quod
in ſe partem panis continent: & eſt difficilis deſcenſionis [...]ſiſit cocturæ
panis ipſius. Et frixum ex eis eſt difficilioris digeſtio[...]: pro-
pter nimiam unctuoſitatem ipſius. Et hij ſun[...]
ex Chaloe ſicca & uiſcoſa, eſt diffici[...]
propter admixtionem ouoru[...]
[...]æ ex eis [...]

Apta huc quæ ſupra fol. 21. Canone. 26.





Zuccharu[...]

De Præparatoriis Dentium, & conſeruatione. — Iuuamenta rationabilia.

| | | | | | | | | | | Cõplexiones | Aetates | Tempora | Regiones |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | 176 | Præpar. dentiũ. | Cal. & ſicc. cum ſtipticitate. | c | Quod eſt odoratum. | Dolori dentium ex frigiditate. | Renibus. | Cum lauantur ex aqua roſacea. | o | Frigidis. | Decrepitis. | Frigidis. | Frigidis. |
| B | 177 | Maheleb. | Chab. et Theo. fri. & ſic. Ior. ca. et hu. Muſ. temperate cali. | Fri. & ſicc. in 1. | Recens, magnũ, & ponderoſum. | Gingiuis, & urinã prouocat, ex frigiditate recentã. | Cerebro calido. | Cum temperatur cũ oleo refrigeratiuo. | o | Frigidis. | Senectuti. | Frigidis. | Septentrionali. |
| C | 178 | Aqua camphoræ. | Filius Ab. calida, & ſicca. | Cali. et ſic. in 2. | Quod aſsimilaſ in colore, & citrinitate oleo ſalſami. | Mundificat ſordes. | Ex caliditate ſodæ. | Mixtũ cum oleo uiolarum. | o | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Oib. pter Sept. |
| D | 179 | Vluem. | Ior. & Maſ. cali. & acutũ, fumachium, & ſiccũ. | Cal. in 3. ſic. in 2. | Kerriferr mũdum, alias, berbin mundum. | Educit fœtũ, & dentes a ſordibus mũdificat. | Gutturi obeſt, & dentes adurit. | Cũ medullis ſeminis melonum, & oleo uiolaceo. | o | Frigidis. | Senectuti. | Omnibus. | Omnibus. |
| E | 180 | Ciperi. | Kal. cali. & ſicc. | Cal. & ſicc. in 2. | Hortulanum album. | Veſicæ frigidæ, & gingiuas ſtringit. | Gutturi, & tuſsi. | Cum miſcetur zuccarũ, uel ſandalũ. | o | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Frigidis. |
| F | 181 | Sandaliũ albũ. | Maſ. et Muſ. fri. et ſic. et odoriferũ rubeũ uero fortioris frigiditatis. | Fri. in 1. cal. in 2. | Macaſtri. | Ori, & hepati calidis. | Voci obeſt. | Cum candi. | o | Calidis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Calidis. |
| G | 182 | Roſæ. | Dio. fr. et ſic. fri. et ſic. G. ... ſtate uirtutũ diuerſ frigidi. et ... | Fri. in ... alt. et in ... | [illegible] | ...tes, et gingiuas confor... | Coitui cum comeditur. | Cum granis zelun ſecunda menſa comeſti. | o | Calidis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Calidis. |



Opiniones Philoſophorum. — Electiones, & Proprietates.

Alb. Præparatoria Dentium, ſecundum Maymonem. Eligitur ex eo recens, ponderoſum, cuius natura eſt calida & ſicca: uerum ſiccitas eſt fortior caliditate. Hæc enim ſua ſtipticitate confortant gingiuas, & dentes: & ſua caliditate inflationes ipſorum ſoluuntur. Quod quia uentoſitatem generat, addit in coitu, & appetitu combinationis: & maxime quando miſcetur in medicinis eorum compoſitum ſimile.

Ra. Ior. Ioh. Ie. Maheleb. Ex laudabilioribus lauacris, accipitur tantum ex uirgis & ramis melioris odoris: & quod ex ligno eius melius eſt, album, plenum, ſaporitum, Margaritaceum, & delatum de partibus Aldrabingen & Vehemit. Et dicitur, quod ſit temperatum in caliditate, auferens ſua mundificatione odores horribiles, qui fiunt ex carnibus pinguibus. Diſsolutione etiam, & aromaticitate (alias, attractione) frangit lapidem, & mollificat duros tumores. Abſtergit lentigines, aperiens opilationem, necans lumbricos: & aufert reumata, quæ ſunt in pectore, & pulmone.

Aqua Camphoræ. Dixerunt ueteres cõfectionarĳ, quod ſit aqua deſtillans ex cortice arboris Camphoræ Caraſſace: unde ab ipſa egreditur. Et dixerũt, qui hoc uiderũt, quod ex Camphora quoddam eſt, quod reperitur in corticibus arborum ſuarũ, clarum: & aliud eſt de Camphora. Et quoddam eſt, quod reperitur inter cortices arborum, & lippos ipſorum: quod decoquitur, & colatur, poſt cuius cocturam (alias, colaturã) ſeparatur aquoſitas ipſius. Et eius proprietas eſt, quando ponitur in cibis, muſcæ elongabunt ſe ab eis. Item Origanum puluerizatum, & ſparſum, ſuper piſces, uel carnes, uel alia cibaria, fugat muſcas ab eis.

Ior. Maſ. Vluem, ſiue ſtercus paſſerum. Berbim locus regionis Caſtrie. ubi eligitur habens grana groſſa & alba: quæ debent poni in aqua roſacea, & ſiccari in umbra: deinde redigantur in puluerem, & in uaſellis reponantur uitreis: poſtmodum ducatur ſuper plano lapide, et reſeruetur: quo utimur ad ſuffumigandum, contra toxica. Gal. dixit, quod lauant inteſtina, proſunt dyſenterĳs ipſorum, nocent ueſicæ. Aufertur tamen eius nocumentum cum melle. Et uiſus fuit quidam, qui utebatur comeſtione ipſius, & incurrit hydropiſim. Et ſapor eius eſt multæ mundificationis, nocens oculis, & ori.

Ra. Filius. Mun. Ciperi. Eliguntur de partibus Cuſti, parui, quorum herba breuis, & unctuoſa grana ipſius, & quæ colliguntur ex pratis, & locis modicarum aquarum. Et poſt ipſos eliguntur qui ſunt de partibus Bauſari. Et poſt iſtos de partibus Raſsi. Raſsis ciuitas. Et omnes iſti modi conferunt apoſtematibus oris, habentes in ſe uirtutem inciſiuam, qua frangunt lapidem, & urinam, & menſtrua prouocant: & confortant ſtomachum, qui eſt debilis digeſtionis: & calefaciunt & deſiccant ſine mordicatione.

Maſ. Muſ. G. Sandalus albus. Eligitur ad confortandum dentes, & gingiuas: & aromatizant oris odorem, conferentes ſodæ accidenti ex caliditate. Confecti tamen cum medicinis hepatis & ſtomachi, confortabunt eos. Et liniri ſuper inflationes calidas, in principio prodeſt, & maxime inflammationibus hepatis & ſtomachi. Rubei tamen ex eis frigidiores ſunt albis, quorum iuuamentum æquale eſt iuuamento alborum. Sandali uero cum conf[illegible] ex fricatione caliditatẽ acquirunt, ſicut acquirit far[illegible] & ferculũ ab igne.

Di. G. Ori. Io. Roſæ. Sunt diuerſarum partium. Nam in quibu[illegible] maritudo: & ſunt partes calidæ, ſubtiles. Et in quibuſdam ſtiptici[illegible] & groſſæ. Et in quibuſdam aquoſitas: quæ ſunt ſapor[illegible] m totaliter uincit frigiditas: quæ ſunt r[illegible] & ſubtilitatem, & [illegible] cerebru[illegible]

Apta huc quæ ſupra fol. 24. [illegible]. Cano-

De Aquis pluuialibus, & Fontium. — Iuuamenta rationabilia.

| | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | [illegible] | Aqua fontium. | Fri. & hu. in 4. Frigida, & humida. | Ex fontibus orientalibus. | Hepati calido, & digeſtioni. | Infrigidant, & efficiunt inflationes humidas. | Cum balneo, & exercitio moderato. | Vrinam prouocat. | Calidis, & ſicc. | Calidis, & ſicc. | Aeſtati. | Calidis. |
| B | [illegible] | Aqua pluuialis. | Fri. & hu. in 4. Habens aliquid caliditatis. | Ex bona terra recepta. | Tuſsi. | Raucitati, ſi corrupta fuerit. | Cum caleſit, (alias, quādo colligit mēſe Ianuarij.) | Sudorem prouocat. | Temperatis. | Temperatis. | Omnibus. | Omnibus. |
| C | [illegible] | Nix, et glacies. | F. & h. in 3. alia. Fri. naturaliter, ſic accidentaliter. | Ex aqua dulci exiſtente. | Digeſtionem meliorat. | Tuſsim commouet. | Bibenda antea modicum. | Deſiccationē iu[illegible] cturarū, paralyſi | Calidis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Meridianis. |
| D | [illegible] | Aq. niui mixta. | Fri. & ſicc. in 2. Fri. naturaliter, & accidentaliter. | Cum miſcetur cum aqua. | Digeſtioni, & præſeruat ab inflatione humida. | Pectori, & gutturi. | Cum balneo, & debili motu. | Frigiditatem, & humiditatem. | Calidis, & ſicc. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Calidis. |
| E | [illegible] | Aqua calida. | Fri. & hu. in 2. Cal. accidentaliter. | Tepida, dulcis. | Mundificat uillos ſtomachi. | Laxat inſtrumenta digeſtionis. | Cum miſcetur aqua roſacea. | Inflationes humiditates. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Frigidis. |
| F | [illegible] | Aqua ſalſa. | Cal. & ſicc. in 2. Cal. & ſicc. | Non amara, & fluens. | Soluit corpus. | Pruritum efficit. | Cū miſcetur cū bono luto, et itur poſt eius potū ad balneum. | ſionem expellit. | Frigi. & humi. | Decrepitis. | Hyemi. | Frigidis. |
| G | [illegible] | Aqua [illegible] | Fri. & ſicc. [illegible] Frigi. & [illegible] | Quæ poteſt potari, & [illegible] modi[illegible] | [illegible] | Deſiccat corpus. | Cum rebus humidis, & dulci uino. | Colicam. | Cali. & humi. | Iuuenibus. | Veri. | Meridianis. |



Opiniones Philoſophorum. — Electiones, & Proprietates.

Hip. G. **Aqua fontium.** Odiuntur Aquæ fontium quæ multæ ſunt frigiditatis: & aquæ locorum arenoſorum, quando a ieiunis bibuntur: quia obſunt ſtomacho, dentibus, inflationi, neruis, oſsibus, & cerebro: eo quod ſunt frigidæ complexionis. Sunt etiam malæ quæ dantur in balneis, & poſt coitum, & in exercitio forti, & ſiti quæ de nocte accidit in ſomno, eo quod calorem naturalem extinguit. Niſi ſitis fuerit occaſione febris, cibi ſaliti, aut rerum calidarum & ſiccarum.

Hip. G. Ori. **Aqua pluuialis** Hipp. dicit, quod Aqua pluuialis eſt melior inter aquas, leuior, & dulcior: eo quod ſubtilius eſt quod ſol ex aquis extraxit: quæ licet corrumpitur, ſua ſubtilitate, & non malicia corrumpitur. Nam omne leuiter corruptibile eſt ſubtile. Et cum corrumpitur aqua, raucitatem facit, (alias, ſiccitatem) & febres: & cum non corrumpitur, eſt bona. Melior tamen ex aquis, eſt, quæ pluit ſuauiter, & paulatim, & cum tonitruis: prima cauſſa, propter ipſius ſubtilitatem, quæ in ea exiſtit: & ſecunda, propter motū nubium ipſam ſubtiliantem.

G. Mal. Ioh. **Nix & Glacies.** Nix quædam eſt glacies, & quædā gelu. Et de Glacie melius eſt, & peius ſecūdum maneriem loci in quo reperitur. Et de glaciebus melius eſt quod ceciderit ſuper ſaxis, terris duris, et bonis arenis. Et cum acciderit non niſi malā aquam habere, tempera eam cum hac niue. Et de niuibus peius eſt, quod ſuper mineras ceciderit. Et Nix licet ſit frigida, & ſicca in ſubſtantia, iudicat tamen Medicus in ea ſecundum opinionem (in alio, operationem) ſecundum quam eſt humida.

Maſ. Io. An. **A qua Niui mixta.** Qui uſus fuerit potu aquarum fluentium de fontibus, & infrigidatarum in aëre, & conſeruatarum in arena, in domibus, non indiget niue: quia ſi niuis nocumentum non appareat iuuenibus incontinenti, tamen accreſcens antea modicum apparebit decrepitis, & præcipue illis, qui conſueti ſunt pati podagram, ſeu ægritudines neruorum. Et ꝙ aqua non nutriat, ſignum eſt, quod non inſpiſſatur dum coquitur, & famelicum non ſatiat, nec digeſta dicitur, nec prouocat appetitum.

G. Ra. Ioh. **Aqua calida.** Eligitur ieiunis: quia ſtomachum lauat a ciborum ſuperfluitate. Et poſsibile eſt, quod uentrem laxet, maxime cum Zaccharo mixta, & melle: cuius uſus deſtruit digeſtionem, laxat ſtomachum & corpus, & prouocat fluxum ſanguinis de naribus. Sed illa quæ nec eſt frigida, nec tepida, corpus inflat, & appetitum debilitat, & uiſum: & ſitim nō ſedat. Scias, quod eam ſubtiliat ignis, quando cauſſa groſsiciei ipſius fuerit frigiditas: & ingroſsat, quando cauſſa groſsiciei fuerit caliditas, ſicut in Nilo, in terra Aegypti.

**Aqua ſalſa.** Primo laxat corpus, deinde ſtringit & deſiccat. Sulphurea uero, & picea, & de Naphtha proſunt ſcabiei, apoſtematibus ueteribus, & hydropicis. Aqua uero æris, urinam conſtipat: & aqua quæ egreditur ex mineris argenteis infrigidat, & deſiccat temperate. Aqua ſiquidem terrea, prodeſt ſtomacho, & inflationi ſplenis, & calefacit & deſiccat. Aqua tamen ſalſa, cum miſcetur cum Sanich in uaſis nouis creteis; deinde perforatur fundus uaſis ſubtili foramine: aqua deſtillans exinde potata ſuper pingues cibos, aufert nocumentū ipſorū.

**Aqua Aluminoſa.** Aquæ oēs hmōi ſunt cōuenientes ad curandum ab exterius corpus, non ad potandū. Tn̄ ſi potare aliquis indigeat, miſceat cū eis de luto ſuæ regionis: uel bulliat prius, & miſceat cū eis uinū ſtipticū, ſi aſſumētes fuerint frig. cōplexionis. Si uero fuerint cal. dent ce-pæ p̄paratæ cū aceto in comeſtione, et in potu ſyrupus acetoſus. Et in aqs q̄ ſunt malę q̄litatis; coquat cicera, et colatæ dent ad bibendū: poſt q̄s etiā cōuenient dant cepæ p̄paratæ cū aceto: et añ eas comedat de paſtinacis ſylueſtrib. piſcib. ſalitis, uel cucurbitis. Etiā aqua turbida clara efficit, q̄n ponunt in ea alumē, uel medulla nucleorū chryſomelorū. i. pſicorū, ſeu carbōes accenſi. Apta huc q̄ꝗ ſupra fol. 12. Canone. 28.





Aqua fontium. Aqua pluuialis. Nix & Glacies. A qua Niui mixta. Aqua calida. Aqua ſalſa. Aqua fluminoſa.

De Vinis fructuum uuarum, & de cautela ad Ebrietatem, & Anxietatibus. Iuuamenta rationabilia.

| Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOtio Nocumenti eius. | Quid generat. | Cōplexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | Vinum. | Ioh. cali. ſicc. | Cal. et ſic. in 2. | Citrinum, odoriferum. | Famem ſedat. | Bibitum immoderate. | Cū rebus ſecundæ mēſæ, & cum aqua mixtum. | Sang. calore tēperatus. | Frigidis. | Decrepitis. | Cibis præteritis. | Frig. Meridionalib. cal. abis. |
| B | Vinum odoriferum. | Ioh. fortis ca. et igneitatis. | Cal. in 2. ſicc. in 1. | Vnctuoſum, odoriferum. | Curat ophthalmiam. | Senſibus, & memoriæ puerorum. | Cum pomis muzis, & medullis lactucarum. | Sang. ſubtilis, acutus. | Frigidis. | Senectuti. | Hyemi. | Frigidis. |
| C | Vinum rubeum groſſum. | Tpanum in caliditate, & ſiccit. | Cal. & ſicc. in 2. | Splendidum. | Sedat ſyncopim. (alias, ſitim.) | Spleni, & hepati debilibus. | Cum granatis acetoſis. | Cholera rubea. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Frigidis. |
| D | Vinum citrinum acutum. | Fortius inter uina in caliditate. | Cal. & ſicc. in 3. | Annalæ, et lucidum. | Aufert nocumentum toxicorum. | Sedat coitus appetitum. | Cum Cidoniis muzis. | Cholera acuta. | Frigidis. | Decrepitis. | Veri [illegible]. | Septentrionalibus. |
| E | Vinum [illegible] acetoſum. | Patitur caliditatis, & ſiccitatis. | Cal. & ſicc. in 3. | Quod ſit de uinea quę diffunditur. | Cholericis. | Neruis, & ulceribus. | Cum chalōe ſecūdæ menſæ. | Sang. immundus. | Temperatis. | Iuuenibus. | Veri. | Orientalibus. |
| F | Vinum de dactylis. | Groſſum & abominabile. | Cal. & hu. in 2. | Factum ex rutab melle ipſius. | Impinguat corpus, & laxat. | Opilat. | Cum granatis dulcibus. | Sang. rubicundus. | Frigi. & ſiccis. | Decrepitis. | Autumno. | Maritimis. |
| G | Amigdalæ, amaræ. | [illegible] | Cal. et ſicc. in 2. | Magnæ, dulces, & unctuoſæ. | Comeſtæ ante potū pſeruāt ab ebrietate, & anxietatib. abſtergūt lentigines. | Inteſtinis. | Cum ſeruitur cū amigdalis dulcibus, papauerib. ſeu zuccharo. | Humor indigeſtus. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Septentrionalibus, [illegible]. |
| H | | | | | | | | | | | | |

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

Hip. C. D. **Vinum.** Diuerſificatur in colore, odore, & ſapore, ordine, potu, & tempore. Vinum album eſt modicæ caliditatis, & modici nutrimenti, uelox ad digerendum: nigrum uero econuerſo. Odoriferum uero bonum ſanguinem facit. Horribilis uero odoris, econtrario. Dulce eſt uelocis digeſtionis; fluere facit uentrem minus quam urinam: ſtipticum uero econtrario. Groſſum eſt multi nutrimenti, & difficilis deſcenſionis: ſubtile uero econtrario. Vinum nouum eſt inflatiuum: uetus uero alleuians.

Eligitur potu uini Luna exiſtente in ſignis aquaticis: pręter ſcorpionē. Deinde aërea Luna coniuncta cum Venere, & Ioue.

G. Hip. R. **Vinum uetus odoriferum.** In ultimitate eſt calidum in tertio gradu. Nouum uero in primo. Medium inter hæc eſt calidū in ſecundo. Habentibus uero complexiones calidas, nocet uinum citrinū, & rubeum, ſplendidum, uetus, amarū, & purum: eo quod inducit Sodam, anxietates, & uigilias, maxime habentibus hepar & cerebrū calidum. nam ſomnus & uigiliæ ſunt iuxta caliditatem, & frigiditatem cerebri & uini. Habentibus uero complexiones contemperatas, prodeſt uinum roſaceum, non antiquum, moderatum in quantitate & lymphatione.

G. R. Ioh. **Vinum rubeum groſſum.** Vinum groſſum, nouum & dulce, eſt plurimi nutrimenti, & maxime nociuum ſtomacho: deterius uero eſt eo, nigrum, groſſum, & dulce: hoc uero deterius eſt, nigrum, groſſum & ſtipticum: eo quod eſt difficilis deſcenſionis. Album uero inter omnia uina eſt minoris caliditatis: cuius nutrimentū eſt magis iuuatiuum calefactis, & ad prouocandū urinam: & præcipue ſubtile ex eo: eo quod omne uinū album eſt ſtipticū, groſſum, uel aquaticum ſubtile: dulce uero nunquam. Omne uero uinum nigrum dulce eſt.

Eligitur exiſtente aſcendente in quinta domo illius, pro quo eligitur, et Luna exiſtente in eo: & repudiatur ſi fuerit in octaua.

**Vinū citrinum acutū.** Quare uinū citrinum acutū, noceat cōualeſcentibꝰ & debilia hn̄tibus corpora, eſt, ꝓpter ſiccitatē & acuitatē ipſius. Et quare etiā ſedat coitū, eſt: qa caliditas, qua cōplet cōbinatio & digeſtio ſpermatis, extrahit ad ſupficiē corporis ex gaudio, et uini ſubtilitate. Et cauſſa quare hn̄tes cal. cōplexiones inebriant citius potādo ex ſcyathis paruis, q̄ in magnis, eſt: qa modicū uinū paruo ſcyatho cōtentū, uelocius digerit, cerebrū aſcendēs, cuius uapores uelocius in cerebrū aſcendūt, unde citius inebriāt, & uelocius multo. Et quare accidat occaſiōe potatōis uini tremor, & nutabilitas, q̄uis ipm ſit calidū, eſt: qa tremor accidit occaſiōe flegmatū generatoꝝ ex mala digeſtione: & frigiditas accidit, qa aer ingredit poros, q̄s uinū aperit.

G. O. M. R. et gloſſatoꝝ. **Vinū acetoſum.** Qn̄ colat uinū q̄d aceſcit a domo ſua, uel fęce, & pmutādo miſcet cū fęce alterius boni uini, annullat acetoſitas eius. Cinis uitis albaꝝ uuarū, et paſſulæ diſſolutæ, et cicera trita, & myrtus, q̄dlibet ipſoꝝ in uino q̄d aceſcere cęperit impoſitū, abſcindit acetoſitatē. Et qn̄ uindemiant uuæ, quæ cęperūt aliquantulū deſiccari in umbra, Luna exiſtēte diminuta lumine, q̄d exprimit & decoquit uſq; ad conſumptionē aquoſitatis ipſaꝝ, et reponunt in uaſis, orificia quoꝝ ſunt cooperta lamina ferrea, applicetur tempore coruſcationū, & tonitruoꝝ, auferatur tempore boreali, aſſecuratur hoc uinum, quod ab acetoſitate præſeruabitur.

Repudiat Saturno exiſtēte in aſcendente, propter impedimēta ipſiꝰ: & Marte, propter exceſſus, quos facit in potatiōibus: et cauda, ne tedioſi ſuperueniant.

Ra. Ior. Maſ. **Vinum de dactylis.** Eligunt ad potandū in quolibet uino cocto nuces tritæ, ad auferendum fumū, ſi quis per ignē remanſerit. Et ad faciendū ipſum clarū & mundū, ſal adponendū eſt. Vinum uero de dactylis groſſius eſt inter alia uina, & minoris caliditatis. Et uinū quod fit ex melle dactyloꝝ, groſſius eſt aliis uinis, & debilioris caliditatis, tardioris deſcenſionis, & plurīū uentoſitatū, inter alia uina prædicta. Opilationē faciunt, maxime poſtquā ueteraſcūt. Vinū tamen mellitū fortioris eſt caliditatis inter alia uina, et magis operatur ſtuporē. Et uinum paſſulaꝝ eſt debilioris operationis, quā uinum groſſum, nigrū. Vinum uero temperatū dicitur eſſe de numero electoꝝ. Et uinū in q̄ ponit tedā, eſt frigi. et ſtipticū, et dicit a qbuſdā, q̄d eſt calidū & ſic.

D. Ori. Ioh. **Amigdalæ, maxiæ amaræ.** Si ex ſucco folioꝝ uitis uuaꝝ albaꝝ accipiant 3.1. & ex forti aceto 3.1. & rob agreſtæ 3.1. & ſeminis caulis 3.2. et miſceant: ex ipſo confecto inter potationes quātitates aliquæ bibant: pſeruat ab ebrietate, & ebrietatis ſtupore. Et ſi adſumant ex ſemīe caulis 3.2. & miſcent cū rob agreſtæ añ uini potatiōes, ab ebrietate pſeruat. Et ſi uoluerit aliqs bibere abundāter, cibū minuat. Et ſi aſſumat de brodio caulis pingui, & comedat de feludichi zaccharino, uel bibat de uino dulci qualibet uice ter, & odoret camphora, & nenufar, et nō multiplicetur motus, uel loquela, pſeruāt ab ebrietate. Proceſſus uero & principiū potationis inantea debet eſſe a modico ad multū. Si datur in potu diligenti uinū aqua fruticū uitis, mixta uino inſcio potare, uinū horrebit. Similiter ſi detur ante potū myrtus, ſeu ruta ad potandū, horrebit.

Apta huc quę ſupra fol. 26. & 27. Canone 15. notantur.



Vinum. Vinū uetus. Vinū rubeum groſſum. Vinū citrinum. Vinū acetoſum. Vinum de dactylis. Vinum Amigdalinum.

De Odoribus, & Floribus. Iuuamenta rationabilia.

| Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOtio Nocumenti eius. | Quid generat. | Complexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A 97 | Myrtus. | Ioh. et Iohanniciua frig. ſicc. | Fri. in 1. ſic. in 1. | Caſruhuben, id eſt, contracta. | Hepati caloris emplaſtrata. | Vigilijs. | Cum uiolis recentibus. | o | Cali. et humi. | Iuuenibus. | Calidis. | Calidis. |
| B 98 | Roſa. | Ori. frigi. & ſtipticę. G. diuerſarum uirtutũ. Ior. frigi. ſicc. | Fri. in 1. ſic. in 1. | De Iuri in Perſia, recenti. | Cerebro calido. | Efficit quibuſdam ſteſtibur. | Cum camphora. | o | Calidis. | Iuuenibus. | Calidis. | Meridianis. |
| C 99 | Ocimũ origana. | Filius Ab. tpate cali. filius Mun. ca. in 1. M. fri. & ſic. Ior. ca. et ſic. | Cal. in 1. ſic in 2. | Origanatũ, ꝓpter ſuã frigiditatẽ ratione uiſcoſitatis. | Diſſoluit ſuperfluitates cerebri. | Replet cerebrum frigidũ ſuperfluitatibus. | Cum nenufar. | o | Temperatis. | Omnibus. | Cuiuſcũq; iuuẽ. | Orientalibus. |
| D 100 | Violæ. | Ior. frigi. & humi. hẽtes quiddam caliditatis. | Fri. in 1. hu. in 2. | Azichnę ſiml’ oplicium foliorum. | Odorata ad birſem, et eis potus laxat choleram. | Catarrum ex frigiditatẽ. | Cum Cayri, & Samluco. | o | Enflammatis. | Iuuenibus. | Cuiuſcũq; iuuẽ. | Meridianis. |
| E 101 | Lilia. | G. debilis cal. & tpate humi. cũ ſtipticitate. Ior. cali. & ſicc. | Cal. in 2. ſi. in 3. | Cœleſtia. | Diſſoluũt ſuꝑfluitates cerebri, & purgant aquam citrinam. | Sodam, ex caliditate. | Cum camphora. | o | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Septentriona. |
| F 102 | Citra. | Cortex eius cal. & ſic. ſimilr̃ grana Caro fri. et h. acetoſũ fr. et ſic. | Cal. et ſic. in 2. | De Faſiſigna, id eſt, regia. | Cũ odore ſto connię, cõtra toxicũ cũ medicina: & cortex eius digerit cibum. | Cerebro calido, & eſt difficilis digeſtionis. | Cũ uiolis odorãdis recẽtibꝰ cũ comedunt pꝰ cibũ. | o | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Frigidis. |
| G 103 | Fructꝰ mãdrag. | G. fri. uerũtamẽ eſt in eo hu. et e. Ior. fr. & ſic. acetoſũ ipſiꝰ f. et ſi. | Fri. in 3. ſic. in 2. | Magni, & odoriferi. | Odorãdi contra ſodã, prodeſt elephantię, & magnis infrigidatiõnibus cutis. | Hebetant ſenſus, & ſomnium prouocant. | Cum fructu hederæ. | o | Calidis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Calidis. |





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

Ie. G. Io. Myrtus. Propter ſuam ſtipticitatem, eſt frigid. & ſicc. & propter amaritudinem habet aliquid cali. & humi. (in alio, ſubtilitatis.) Et Sanibucus eſt fortis caloris, & ſiccitatis. Et Sanibucus credo, prodeſt habentibus torturam oris, & paralyſim ſola ex frigiditate. Roſæ gariofilatæ, nominatæ arabice uiſirim, propinquæ ſunt Sambuco in uirtute: uerumtamẽ debiliores ſunt eis, & delectabiliores. Narciſſus temperatus in cali. & ſicc. ſubtiliatiuus, & diſſolutiuus humiditatum. Syluestris tamen fortior eſt, & calidior hortulano. Et campeſtris Narciſsi ſi cepe accipiatur, & aliquantulũ ſcindatur in crucem, plantetur poſtmodũ in uiridario, duplicabit flos eius.

G. R. Mem. Roſa. Roſæ ſunt diuerſorum modorum. Nam ex eis ſunt quædam rubeæ, ſplendidæ. Quædam albæ. Et quædã citrinæ. Et quædam in exteriori ſuperficie citrinæ, & in interiori ſunt nigræ. Et earum naturæ ſunt diuerſarum uirtutum: uerumtamen omnes ad frigiditatem declinant: unde cerebrum infrigidant, & deſiccant, & ſedant caliditatem ipſius. Tamen habentibus frigidum cerebrum, catarrum faciunt. Et moſchire, Cheri citrinum habet aliquid caliditatis. Nigrum tamen eſt temperatum. Ior. tamen dicit quod ſit calidum & ſiccum in ſecundo.

G. Io. Mem. Ocimum origanatum. Habet in ſe caliditatem, qua diſſoluit ſuperfluitatem cerebri moderate. Quod ſi aſpergatur aqua, ſeu infundatur, infrigidat, & humectat magis. Mentaſtrum calidum & ſiccum eſt in tertio gradu, diſſolutiuum uehementer humiditatum cerebri. Cuius ſuccus prodeſt ſingultui facto ex repletione. Samſucus calidus & ſiccus in ſecundo diſſolutiuus, & ſubtiliatiuus, nam diſſoluit uentoſitates cerebri, & exopilat ipſum, & ſubtiliat humiditates eius. Cuius oleũ prodeſt doloribus auriũ, qui fiunt ex uentoſitate groſſa. Et qñ ponitur ſuccus eius in uentoſa appoſita locis ſacrificatis, operaẽ, ꝙ cicatrices dictoꝝ locoꝝ deleanẽ.

Io. Ie. Violæ. Eliguntur contra cerebrum calidum propter ſuam frigiditatem: contra uigilias, quia odoratę faciunt uelociter dormire. Et ſi ponãtur exterius ſupra caput recentes, faciunt urinam redolere ſicut redolẽt ipſæ, ſicut accidit eum Aleanna unctis eo quod urina eodem colore tingatur. Et Nenufar ſimile eſt uiolis in uirtute, et iuuamento: uerũtamen frigidius eſt eis, propter quod abſcindit ſodam contingentẽ ex caliditate. Et ipſum eſt duorũ modoꝝ, citrinũ ſyluestre, & cœleſte hortulanũ: uerum cœleſte delectabilius eſt, et humidius. Flos Panis porcini calidus eſt & ſiccus: qui ſi uino infundatur, et poſtmodũ uinum ipſum bibatur, inebriat.

G. D. Mem. Lilium. Eſt diuerſorum modorum: uerumtamen quodlibet calidum eſt, diſſolutiuum cerebri. Et Cheri citrinum eſt calidum, ſubtiliatiuum, & diſſolutiuum temperatum: licet omnes aliæ maneries eius ſint temperatæ in caliditate & frigiditate. Ocimi gariofilati uirtus propinqua eſt in operatione Samſuco. Rachacaromos ſunt temperatæ complexionis, & delectabilis odoris, conferentes leuibus uentoſitatibus cerebri. Fructus Hederæ ſunt eiuſdem uirtutis. Baſchiæ uirtus eſt ſicut uirtus fructus Hederæ.

G. D. Io. Citra. Multæ prægnantiũ comedunt ex eo, quando habent appetitus accidentales. Et ipſum eſt contrariũ mortalibus toxicis. Cuius cortex eſt calidus & ſiccus, et acutus. Et acetoſum ipſius frigi. & ſicc. in tertio. Et caro ipſius inter hæc ex ſua acuitate & aromaticitate confortat ſtomachum, & confert digeſtioni: cuius caliditas propinqua eſt temperantiæ. Et acetoſum ipſius incidit & ſubtiliat: & caro eius mediocris eſt inter corticem, & acetoſum ipſius. Bacheſchon dixit in libro quem fecit in Maymonem, & filius Embrahi dixit, quod ſi comedatur de nocte, ſtrombofilitatem facit (in alio, ſtriboſilitatem.)

G. D. Io. Fructus Mandragoræ. Hi infrigidant cerebrum, & humectant, & illud inſenſibile reddunt. Arangi diſſoluunt uentoſitates frigidas, & ſunt Citris ſubtiliores. Limoncelli ſimiles ſunt eis in odore, & operatione ad cerebrum. Citoniorum uero odor eſt infrigidans, & confortans cerebrum, & animam: tamen odor Citoniorum abſcindit abominationes, & uomitus.

Apta huc quę ſupra fol. 19. Canone, 19.



Myrtus. Roſa. Ocimũ origanatũ. Violæ. Lilia. Citra, Fructꝰ Mãdragoræ.

Iuuamentũ, & nocumentũ eorum quæ appropriantur ſecundæ menſæ. Iuuamenta rationabilia.

| Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOtio Nocumenti eius. | Quid generat. | Complexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A 104 | Canna mellis. | for. ca. & hu. D. hñtes in ſe ſtipti. | Cal. & hu. in 1. | Multæ ſuccoſitatis, & dulcedinis. | Pectori, & tuſſi. | Generat uentoſitatem. | Cum lauantur cum aqua calida. | Sang. tẽperatũ. | Frigidis. | Senectuti. | Quibus reperiuntur. | Quibus regiunt. |
| B 105 | Candi. | Temperatum in caliditate. | Cal. in 1. h. in 1. | Purũ, tranſparens, & leue. | Cannæ pulmonis. | Stomachis cholericis. | Cum muzis fructibus. | Humor laudabilis. | Temperatis. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. |
| C 106 | Lutũ coraſceni. | Ca. ſua ſalſedie. gñaliter fr. et ſi. | Fri. tpa. ſic. in 2. | Leue, & fragile. | Abſcindit uomitum. | Generat lapidem in renibus. | Cum fructibus muzis, ſyrupo acetoſo de ſeminibus. | Nutrimentum ſiccum. | Cali. & humi. | Decrepitis, calidis in uirtute. | Hyemi: quia digerere facit. | Cali. & flegma. |
| D 107 | Feſtucæ ai. liti. | Ori. cal. et ſicc. for. cali. & hu. | Cal. & ſicc. in 1. | Antiquæ, & magnæ. | Morſui ſerpentum. | Facit uerdigines. | Cum chryſomelis ſiccis. | Sang. declinans ad ſiccitatem. | Frigidis. | Senectuti. | Hyemi. | Frigidis. |
| E 108 | Nucellæ. | M. c. et h. minus q̃ nuces. R. c. h. | Ca. in 1. hu. in 1. | Groſſæ, humoroſæ. | Addit in cerebro. | Offendit ſtomachum. | Cum Penidijs. | Sang. non bonus. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Septentriona. |
| F 109 | Amigd. cũ ſale. | for. torrefactę cũ corticib. c. & ſi. | Cali. et ſic. in 2. | Cuius cortices fricando ſeparantur. | Retardant ebrietatem. | Faſtidium. | Cum uino cinnno. | Flegma, ſalſum. | Calidis. | Iuuenibus. | Hyemi. | Meridionalib. |
| G 110 | Rabes. | Cal. & ſicc. in 2. | o | Conſeruatum in ni. ue. | Variolis, & morbillis. | Pectori, & coxæ. | Cum citris conditis. | Humor immũdus. | Calidis. | Iuuenibus. | Veri. | In qbus regiunt. |





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

D. Io. R. **Cannæ Mellis.** Sunt temperatæ caliditatis, conferentes aſperitati pectoris, gulæ, & cannæ pulmonis, mundificantes humiditatem exiſtentem in eis: & urinam prouocant. Quarum uentoſitates ſedantur per excoriationem, & ablutionem aquæ calidæ. Penidiæ uero calidæ & humidæ ſunt: conferentes pectori, & tuſſi: lubricant uentrem, generant ſanguinem temperatum, & ex eis meliores ſunt, quæ conficiũtur ex puriori zacchаro.

Io. Iſa. **Candi.** Clarificant guttur, ad quod fluunt humiditates capitis, propter clamorem, & cantum, tuſſim & raucitatem, ſoluentes & conferentes pectori & pulmoni. Et quando præparantur cum ſucco Coriandri recenis, et papaueribus, erunt magis conuenientes habentibus complexiones calidas. Et tincti, ſeu infuſi cum azurio, conferunt melancholiæ, & ſubtiliant ipſam.

Io. Ie. G. **Lutum coraſcenum.** Eligitur ut comedatur poſt cibum ad meliorandũ digeſtionem, & roborandum, ſeu cõſtringendũ orificium ſtomachi, & maxime poſt aſſumptionẽ unctuoſorũ: et eſt deſiccatiuũ humiditatis ſtomachi. Et quantitas ex eis conferens, eſt ab una dragma uſq; ad aureum: & ſi hanc quantitatem exceſſerit, operatur inflationem, opilationem, & citrinitatem. Et habentibus uenas largas, minus obſtat q̃ alijs. Habet etiam in ſe aliquid caloris, propter ſalſedinem, & nutrit nonnulla de animalibus: eo quod eſt terra munda. Proprietas tamen luti prædicti, diuerſatur ſecundum diuerſitatem ſpeciei ipſius.

Ori. Io. Gal. **Feſtucæ, uel Feſticę.** Eliguntur habentes in ſe ſtipticitatem, & aromaticitatem, ad conferendum ſtomacho, & expellendum humores pectoris, hepatis, & pulmonis, & mundificandum renes. Verum ſtipticitatem non habentes parum conferunt, aut nocent ſtomacho, & parum laxant, imo nutriunt modico nutrimento, ſunt tamen comedendæ poſt cibum. Agricolæ autem dicunt, quod fiunt ex inſertione amigdalarum, in lentiſcis, ſeu faucis hortulanis.

Thro. Maſ. **Nucellæ.** Hipp. dicit, quod Nucellæ magis nutriunt nucibus, & ſunt difficilioris digeſtionis, niſi corticibus mundatæ fuerint. Quarum cortices ſunt ſtipticæ, uentrem ſtringentes, & habentes multum uentoſitatis: & uentoſitatem generant. Dixerunt uero quidam de antiquis, quando comeduntur cum ruta ante cibum, non læduntur comedentes a morſu reptilium. Fertur etiam, quod ſcorpiones fugiunt eas. Et quando comeduntur cum ficubus, conferunt morſis ab eis.

G. D. R. Cor. **Amigdalæ cum ſale.** Amigdalæ cum uino odiuntur, niſi ab eis, qui habent in ſtomacho flegma: quæ boni ſunt ſaporis, præparatæ cum ſale: & ſunt conferentes mundificationi pectoris, & pulmonis, & faciunt uentrem laxum: eo quod habent in ſe abſterſionem. Amaræ tamen ex eis ſunt magis abſterſiuæ pectoris, & pulmonis, & exopilatiuę opilationum ſplenis, hepatis, renum & ueſicæ. Sunt etiam utiles ad prouocandum urinam: & cum fuerint uehementioris amaritudinis, erunt fortiores in huiuſmodi operationibus.

Io. Ie. Iſa. **Rabes.** Eligitur pro ſtomacho debili, & cholerico, ut confortet orificium ſuum, & ſedet abominationes eius. Et prohibet uapores uini aſcendentes ad cerebrum, & confortat uentrem debilem. Naturam ſtringit, & rectificat pectus. Verum nocet decrepitis, & habentibus complexiones frigidas.

Apta huc quę ſupra fol. 12. Canone. 2.

I



Canna mellis. Candi. Lutũ coraſcenũ. Feſtuca. Nucellæ. Amigdalæ cũ ſale. Rabes.

De Muſica, & Accidentibus Animæ, & reliquis mundificantibus Corpus. Iuuamenta rationabilia.

| Numerus. | Nomina. | Natura, Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOtio Nocumenti eius. | Quid generat. | Complexiões. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A 211 | Cantus. | Cōcordantia uocis inſtrumētorū ſonis, quorū naturæ ſit uſus. | Qui allicit aues. | Liberat ab ægritudinibus. | Quādo aſſueſcunt propter delectationē. | Cū utitur per iuuamentum tantum. | o | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. | Habitatis. |
| B 212 | Organū, Fiſtu. | Vox quædā inuta, uel cantus uolentus. | Quod eſt proportionatum concorditer cum uoce. | Quando cantatur ſuauiter. | Qū diſcorditer cantat, q̄d ipſorum alterū uix audit. | Cū pportionabiliter concordatur. | o | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. | Habitatis. |
| C 213 | Sonare, ſaltare. | Mouere pedes, & perſonā proportionare ad ſonum. | Qū proportionabiliter ad æquai intentio cantus, & actus pſonæ. | Participatio uidēdi, et audiēdi delectationem conſonantiæ. | Cum receditur a conſonantia notarum. | Reditus ad notarū conſonantiam. | o | Pluribus. | Omnibus. | Omnibus. | Habitatis. |
| D 214 | Gaudia. | Exitus uirtutis uitalis, & caliditatis ſucceſſiue. | Quod ducit ad proſperitatem. | Periclitantibus, & triſtibus. | Eo q̄d multiplicatū mortem inducit. | Cum inhabitatione ſapientū, et diſcretione. | o | Frigi. et pprie. | Decrep. et pprie. | Frigidis. | Frigidis. |
| E 215 | Verecundia. | Motus cordis ad interius, & exterius. | Abſq; certa cauſa. | Occultare uerecundiam. | Ex malo furore uitalis. | Cū reformatione diſcretionis. | o | Temperatis. | Adoleſcentu. | Omnibus. | Omnibus. |
| F 216 | Ira. | Ebullitio ſanguinis in corde. | Impinguans, & colorē trāſmutatum reſtituens. | Paralyſi, & torturæ oris. | Conſentientibus illicite uoluntati. | Rectificanda cum curialitate philoſophica. | o | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Frigidis. |
| G 217 | Litargyrum. | G. temperatum in caliditate, & deſiccatiuum. | Ex Pohem lucidum. | Deſiccat apoſtema, cū carnem generat. | Facit redire ſuperfluitatē ad cor. | Cum oleo roſaceo. | o | Frigidis. | Senibus. | Frigidis. | Septentrionali. |





G. Nico. Mac. **Cantus.** Vox debilis & ſubmiſſa, ſeu ſemitonia, eſt quæ nullam habet proportionē ad acuitatem, ſeu grauitatem, ſed eſt ſolum, ut ſit tonorū principium. Verūtamen uox illa ſubmiſſa, ſeu ſemitonia, ſe habet ad tonū, ſicut literæ ſe habent ad loquelam. nam ex eis componuntur, & ad eas reſoluuntur. Et pulſatio inſtrumētorum ſe habet ad Cantum, ſicut Ars uerſificatoria ad uerſus. Et numerus tonorum eſt ſecundum numerum complexionum: propter quod pro ſunt ægritudinibus quæ fiunt propter accidentia animæ. Nam quidam Medicorum conſueuerūt etiā curare cum eis uenā ſciaticam. Et Muſica, ſicut diximus, operaẗ ad animos.

Eligitur in cātu & pulſatione, & muſica, q̄d ſit Luna in ſignis aereis, & ſecundo igneis, coniuncta cum Venere, & Mercurio.

Is. Oēs. Vniuerſaliter. **Organare.** Vtilitas Organi, Cantus, & Pulſationis eſt, quod Cantor, ſeu Explicator tonorū aliquoties non poteſt uocem exaltare quantū conuenit, nec poteſt etiā complere quod uellet in chordis, & ſupplet illud organo, ſeu fiſtula mediante. ſicut cantus qui fit ſupra Bemi, id eſt, ſpecies chordarū, eſt fortior q̄ qui fit ſupra Zir: et debet eſſe quaſi ſonus fiſtulæ mediocris inter relatorem, qui Cantor eſt, & inter non loquentē: qui ſunt chordæ: propter q̄d diffiniuimus fiſtulationē, & diximus eam eſſe cantū in alio mutū. Et electi fuerūt ad fiſtulandū illi de Signa. quia habuerūt amplas maxillas, ad recipiendū aerem, et groſſa labia, ad retinendū cānulas fiſtulaṝ, & cor frigidū ad muniēdas ſufflationes (in alio, ad imitādas) & nō ſunt expediti ad cantandū.

Labis. **Saltare.** Sonus Muſicorum inſtrumentorum, eſt genus ſaltationis, & modus motus localis. Qui diuidit in grauem primū, & leuem ſecundū ipſius: & in mediocrē, & leuem ipſius: & in ſonū contrualē, & leuem. Et quilibet iſtorum habet ſex modos ordinatos Cantuū, ſcilicet Cantū planū, cantū in modum Auium, cantū altum, cantum ſuauem, ſtrictum cantū, plurium notarū elongatarū a uerſibus, & cantū multiplicium notarū, cantum diuerſarū notarum recedentiū a uoce, & recedentiū ad primū cantum. Et ſaltatio quædam fit cum inſtrumētis: & quædam ſine. Et Saltator debet eſſe leuis in ſua natura, in arte cōmendandus, in corpore & ſtatura tēperatus.

G. Hip. R. **Gaudia.** Gaudium impinguat corpora macilenta, & gracilia: propter afflictiones, adæquando humores, & trahendo calorem naturalem exterius. Verū cum repente accidit, interimit: eo quod ſubito calorem naturalem exterius educit, propter quod gaudentibus ſæpe oportet uti alijs cogitationibus. Anguſtiæ enim ſunt oppoſitæ Gaudijs: & ſunt nocitiuæ omnibus corporibus frigidis & ſiccis. Quæ ſi continuæ fuerint, interimunt: niſi quis utatur bona dieta, & animam regat bono regimine.

Hip. G. R. **Verecundia.** In Verecundia mouetur calor naturalis interius, fugiendo ab eo quod Verecundia induxit: propter quod color eius fit pallidus: deinde per cogitationem mouetur exterius, & efficitur color ipſius rubeus: & ſimiliter in triſticia. Verum multi opinantur, quod in cogitatu triſticiæ, & uerecundiæ, calor reuocatur interius: & quando aliquis ſperat obtinere de aliquo, calor reuocatur exterius. Et hæc ſpecies deſiccat corpus: propter quod apparet, quod quidam propter deſperationem & ſpem patiuntur. Et colores ſperantium ſunt apparibiles, & deſperantes ſunt pallidi.

Ordines, q̄d duæ infortunæ non ſint in Aſcendente, nec coniūctæ Veneri, Mercurio, & Lunæ.

Hip. G. Ori. M. **Ira.** Ex Ira multiplicata prouenit color citrinus, tremor, anxietas, & febris deſtructiua: niſi diſcretio naturalis expellat, & refrenet ipſam, & propterea obtemperetur. Contra confert timidis, & habentibus complexiones frigidas: eo quod ſanguinem ad exteriora tranſmittit, ruborem efficiens, & replet uenas: & ſudorem prouocat. Timor uero eſt his oppoſitus: eo quod calor reuocatur interius: de quo poſsibile eſt, quod interimat Melancholicos, timentes ex re modica, et ſuſpicantes ſuſpicionibus mendacibus.

Caueas ne Luna ſit in tempore electionis in ♈. & ♌.

R. Schir. **Litargyrum.** Tuchia, & ſemen Tamariſci cum teruntur, & miſcentur cum aquis roſ. ſedant malum odorem ſudoris titillarium & genitalium. Et ſuccus foliorum liliorum, quando præparantur in uaſe terreo, & dimittitur quouſq; deſiccetur, deinde teritur cum corpore uaſis ipſius, prodeſt eiſdem. Et ſi uoluerit aliquis quod pili titillariū pueri non naſcantur, depilentur, & inungantur loca cum ſanguine ranarū, uel teſtudinum, mixto cum ouis formicarū, ſeu cum oleo ſtellionis, id eſt, lacerta inhabitāte domos: & rubor cum groſſicie qui accidit in palpebris cum aqua roſa. in qua ponitur ſumach, cum ſucco agreſtæ ueteri. Et cum ſudor hominis multiplicabitur, ungatur corpus cum alchanna mixta cum ſucco foliorum liliorum.

Apta huc quæ ſupra fol. 12. & 15. Canone 11.





Cantus. Organum. Saltus. Gaudium. Verecundia. Ira. Litargyrum.

De Ebrietate, Vomitu, & confabulatorijs, Somno & Vigilijs. Iuuamenta rationabilia.

| | Numerus | Nomina | Naturæ | Gradus | MELIVS EX RE ipsa quam queris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOtio Nocumenti eius. | Quid generat. | Complexiões. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | 218 | Ebrietas. | Agitatio instrumentorũ sensuũ. | o | Quę delectationem non abscindit. | Grauibus doloribus. | Generationi, & cerebro. | Cum confortantibus cerebrũ, et deinde cum uomitu. | o | Frigidis. | Decrepitis. | Frigidis. | Septentrionalia. |
| B | 219 | Vomitus. | Exitus humorũ cibi cõtrarie. | o | Qui est factis habẽtibus pectora ampla. | Stomacho, et inferioribus extremitatib. corporis. | Cerebro, & stricto pectori. | Cum ligatura oculorũ, & attactu. | o | Flegmaticis. | Senibus, decrepitis. | Quãdo prouenit a labore. | Calidis. |
| C | 220 | Raphani, et similia. | Gal. et lot. calid. & sicc. | Cali. in 2. sic. in 1. | Hortulani recentes. | Ante cibũ ad uomendũ, post ad laxãdũ, & ad purgandũ aquã citrinã. | Commouendo cibum, & humores. | Cum uomitu. | Humores malus. | Cali. et humi. | Decrepitis. | Frigidis. | Septentrionalia. |
| D | 221 | Somnus. | Immobilitas sensuum. | o | Dormire 8. horis, medijs inter duas primas noctis, & duas ultimas noctis. | Adquiescendum, & digerendum. | Quãdo multiplicatur, desiccat corpus. | Cũ cibis humectantibus. | o | Flegmaticis. | Decrepitis. | Omnibus. | Omnibus. |
| E | 222 | Confabulator. | Est una caussa somni. | o | Conueniens naturæ uolenti dormire. | Delectãtibus in ipsis. | Si noluerit nisi unius cõfabulatõib. uti, et sunt plures confabulatores. | Nõ audire, nisi ab uno singulariter. | o | Omnibus. | Omnibus, præter pueris. | Omnibus. | Habitatis. |
| F | 223 | Confabulatões in somnis. | Rumores ueri seu falsi. | o | Conuenientiores ad audiendum. | Inducit somnum. | Quãdo sunt rumores mali. | Cõmutando ingrata, ad grata. | o | Omnibus. | Vnicuiq; ęcũ ætatem suam. | Omnibus, sed hyeme magis. | Omnibus. |
| G | 224 | Vigiliæ. | Exercitium sensuum. | o | Quibus completur digestio. | Ad adquisitionem eorũ quæ sunt ad uitam. | Tedium sensuum quãdo excedunt. | Cum somno. | o | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. | Habitatis. |
| H | | | | | | | | | | | | | |
| | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |





Electiones, & Proprietates. Opiniones Philoſophorum.

Hip. G. **Purgatio.** De rebus neceſſarijs eſt iuuare naturam, ad expellenda ſuperflua. Hoc tamen uidendum eſt, quod ſi conſtipatio fuerit defectu cibi, & ſiccitatis cauſſa, ordinetur quod cibus multiplicetur, & humectetur cũ brodijs pinguibus: & offis infuſis in liquoribus humidis. Quod ſi fuerit ex aſſumptione cibi ſtiptici præcedentis, qui conſtipauit, abſtineat ab eo. Quod ſi fuerit ex abundantia cibi, elongetur. Quod ſi fuerit ex mala complexione, rectificetur mala complexio. Quod ſi fuerit ex retentiõe urinæ in renibus & ueſica, ſed ex caliditate acciderit, curetur cũ ſeminibus cõibus, melonibus Indis, & Iudep. Si ex frigiditate, cũ ſeminibus apij, & feniculi.

Eligitur in minutione manuũ, cũ ſit Luna in manſionibus igneis: deinde in mãſionibus aereis. Niſi luna fuerit ĩ Geminis: & ſemilunijs melius, q̃ plenilunio.

Hip. G. Ru. **Conſtipatio.** Si ex frigiditate acciderit, intret balneũ, et fricetur ibidẽ. Si ex caliditate, ſoliũ cum aqua tepida balneetur, et oleo uiol. Quod ſi uoluerit q̃d egrediatur de Branchos, id eſt, de aqua ubi ſit Branchos, fiat cum aqua mellis gargariſſua, abſtergens dentes, & cum Maſticis maſticatiõe. Et expulſio rancoſitatis fit cũ ſternutatiõe, & poſitione faciei ſupra uapores aquæ calidæ. Et q̃d in ſtomacho eſt, trahendũ eſt cũ uomitu: & q̃d in pectore, cũ decoctione ficuũ, & radicũ lilij, & capillorum Veneris, & cum comeſtione Butyri. Et ſi corpus fuerit plectoricum, trahatur humor uincens, cum medicina mundificante & euacuante cum phlebotomia.

G. Ru. **Coitus.** Natura in generatiõe delectationẽ fieri uoluit ſubitam, ducentem ad finem nobilem generati: ex qua delectatione quãplurima mouentur: quemadmodũ anima rationalis. Et hoc accidit, quando fit pruritus q̃dam & titillatio: et præcipue cum uidetur operari: & etiã cum quis cogitauerit ſuper eo, in ſomno, ſeu uigilijs: Et illud q̃d maxime moderatũ ex eo dicitur, eſt poſt cuius complementũ accidit leuitas, et gaudium: Agens uero, ſeu coiens, non ſit repletus cibo, neq; famelicus: quia accidit opilatio, & deſiccatio. Sit & tempus moderatum, & aër non epidimitus, & corpus non paratum ad ægritudinem.

Eliguntur ad generationẽ maſculorũ, mãſiones maſculinæ, ex q̃bus meliores ſunt Libra, & Sagittarius: fœminæ uero Piſces, & Virgo: curet etiã ſi ſit Virgo.

Hip. G. Ari. **Sperma.** Eſt ex ſuperfluitatibus corporis nobilius: propter quod cum eius fit multa eductio, proſternitur uirtus, & accidit inde paralyſis, tremor, & ægritudo iuncturarum, pulſatio cordis, ſudor, apoſtema pectoris, & pulmonis, defectus appetitus ciborum, obſcuritas uiſus, & maxime decrepitis, & illis qui ſunt frigidæ complexionis. Non coeuntibus uero, ſed coire ſomniantibus, accidit animi peruerſitas, teſticulorũ inflatio, uniuerſaliter ægritudines repletionum in corpore, & cerebro.

Ra. Ior. Bog. Iehu. **Mundificatoria.** Dentes uero offendit potus aquæ fri. poſt cibũ cal. et Chaloe, et comeſtio lactis, et ciborũ acutorũ, et obſtupefactio Dentiũ, medicinæ uomitiuæ maſticatio, regulariter dentes frãgẽtes, & ſupflua mũdificatio dentiũ. Qui mũdandi ſunt cũ fuſtibus botrorũ dactylorũ, et maxĩe illorũ de Metha. Et corroſio dentiũ, lota, cũ fruſtis ramorũ perſici mũdificetur. Debent etiã abſtergi dentes cũ panno linteo madefacto aqua roſ. q̃bus apponendus eſt puluis confortatiuus, confectus ex ciperis, ſquinanto, roſis. Et de rebus etiã mundificãtibus dentes, ſunt carbones nouiter facti ex lignis, & puluis terreus uaſorum quæ ueniunt de Seni.

Maſ. G. **Ebrietas.** Eſt eleuatio uaporũ calidorũ ex uino ad cerebra debilia. Cuius cura fit cũ exercitio leui, & balneatione aquæ tẽperatæ, chaloe, potione ſyruporũ calorem extinguentiũ. Et abſtinentia cibi curatur ebrius, cum fuerit multa ebrietate grauatus: cuius etiã pedes fricentur, & cerebrũ confortetur, & ingenietur, ut ſomnus inducatur: ad quod operatio uini circa ſtomachũ, & cerebrum ſedatur. Deinde cibetur cum cibo facto de caulibus, & cibo de lentibus præparatis cum liquore muzi ſaporis, & cum rebus acetoſis, & etiã pullis gallinaceis præparatis cum liquore acetoſo. Et hæc omnia fieri debent poſt uſum muzorum fructuum.

Iudæus. Gipti anus. **Foca, &c.** Iuuamentum Ebrietatis eſt illud, quod conficitur cum ſucco granatorum. Sed hordeaceum inflat, & ſpeciatum calefacit & deſiccat. Quod conficitur de pane, & herbis, eſt minus inflatiuum hordeaceo: uerum præſeruat ab Ebrietate, ſi ſyrupo de limonibus, ſucco agreſti, & Rob, mirtillorum bibens, ante potum uini utatur, & potus duorum dauit cineris farmentorum, cum uilleo, & aqua niuis, et potus uini lymphati, & clarefacti paulotenus in camera Septentrionali. Et de proprietate Focæ eſt, mollificare, & abſtergere ebur cum infuſum fuerit in eo.

Apta huc quę ſupra fol. 11. & ſeq. Cano. 14.

I 2



Purgatio. Conſtipatio. Coitus. Sperma. Mundificadua. Ebrietas. Foca.

De Motu, Quiete, exercitio moderato, & ſpeciebus ipſorum. Iuuamenta rationabilia.

| H | Numerus. | Nomina. | Natura. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOTIO Nocumenti eius. | Quid generat. | Cōplexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | 212 | Motus. | Proceſsus directum ad aliquem finem. | o | Quod prouenit ad nobiliorem finem. | Complementū motoris, & motū. | Quando fuerit ſuperfluus. | Prohibendo impedimenta. | o | Fri. & motoſōr tis: & econtra. | Iuuenibus. | Aeſtā. motoſōr tis: et cōtrario. | Exiſtenti extra temperantiā. |
| B | [illegible] | Quies. | Finis motus. | o | Conſeruans finem motus. | Structuræ pectoris. | Flegma generat. | Cum motu. | o | Cali. habentib. poros apertos. | Decrepitis, & pueris. | Aeſtati. al. extra ſpandū deſcēdib. | Calidis. |
| C | 214 | Exercitiū leue. | Motus animalis uoluntarius. | o | Temparatis in quātitate, & qualitate. | Superfluitates expellit. | Macilētis habentibus poros apertos. | Cum quiete moderata. | o | Calidis, et humidis. | Vniuerſis, ſed pueris ſpāc. fri. | Diſtemperatis. | Habitatis. |
| D | [illegible] | Equitatio. | Quidam motus moderatus. | o | Prouocāt ſudorem. | In tribus, quę dicemus. | Cum extenditur in ea. | Cum humidis. | o | Calidis. | Perfectis. | Temperatis. | Planis, expeditis. |
| E | [illegible] | Venatio terre. | Ad uenandum animalia ſylueſtria. | o | Qui eſt facilis uenationis. | Humores ſubtiliat. | Corpora deſiccat. | Cum inunctione in balneis facta. | o | Temperatis. | Vniuerſis, exceptis pueris. | Temperante. | Vniuerſis. |
| F | 217 | Exercī. cū pila. | Eſt impulſio cū inſtrumento ad hoc depurato. | o | Cum pila mediocri. | Delectatio animæ, & exercitiū moderatū corporis. | Iuncturis debilibus. | Cum ſuauitate utendo. | o | Temperatis. | Adoleſcentibus. | Tēpore cuiuſlib. et circūiacentib. | Omnibus. |
| G | 218 | Luctatio. | Eſt moderatum exercitium inter duos. | o | Poſt cuius finem ſentitur leuitas. | Corporibus fortibus. | Pectoribus. | Cum ſomno poſt balneū. | o | Calidis, & humidis. | Iuuenibus. | Veri, et circunſtantib. ipſis. | Omnibus. |

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 12





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

**Ebrietas.** Vini potus, eſt res extra naturam: eo quod ſpiritus animalis uini uaporibus conturbatur, & ſenſus, uirtutes, & operationes ipſorum concurrunt horribili curſu precipites: ita quod uinum oſtendit ea quæ in ſobrietate erant horribilia, in ebrietate grata. Et iſtorum aliqui naturaliter prouocantur ad iram, propter ebrietatem. Quidam ſtultizant abſq; ratione, & cauſsa. Et quidam exuberant in lætіcia. Et aliqui reputant ſe habere ſapientiam, & non ebrietatē: et poſsibile eſt accidere, ut diſputent in Legibus.

**Vomitus.** Aliquis de neceſsitate contingit: & aliquis eſt uoluntarius. Voluntarius eſt, ſicut accidit utentibus uomitu ad mundificationem corporis. Aut per medicinam, ſicut per Anetum. Aut abſq; medicina, ſicut accidit ipſa non utentibus. Qui uero accidit ex neceſsitate, accidit ex nocumento expulſiuæ uirtutis exiſtentis in ſtomacho, Aut in ſanitate, ſicut accidit ebrijs, Aut in ægritudine, ſicut accidit in criſibus, & diebus Canicularibus.

Eligitur Vomitus Luna exiſtēte in manſionibus Septentrionalib. coniūcta planetæ retrogrado.

**Raphani, & ſibi ſimilia.** Eligitur uomitus poſt exercitiū, balneum, & poſt potum ſyrupi acetoſi facti cum ſeminibus, poſt comeſtionē piſcium ſalitorum cum ſinapi, & ferculorū, quæ dicuntur Strydebeng, melonum, raphanorū, ſeu radicum: & poſt comeſtionē de duabus horis, debet prouocari uomitus, iſtis aſſumptis, potando aquam aneti, aquā mellis, ſeu aquam calidam cum oleo ſiſamino: & bibendo uina diuerſa, dulcia uidelicet & acetoſa multoties. Deinde aſſumatur penna infuſa in oleo, qua in gutture poſita euomatur. Poſt uomitum uero lauetur os cum uino, & aqua roſacea. Deinde recipiatur doſis una de ſyrupo de pomis: & abſtineat a cibo uſq; ad conſimilem horam alterius diei: deinde comedatur, & uomatur.

**Somnus.** Prolixus Somnus debilitat uirtutē & calorē naturalē. Et Sōnus breuis tp̄is, flegma gn̄at, et corpus extenuat. Mediocris uero excitat uirtutes, et calorē naturalē, et efficit cogitationes bonas. Somnus attamē diuerſificaŧ ſecundū diuerſitates aſſumptorꝫ. Quia ſi fuerint in corpore uirtutē ſeparantes, erit poſsibile, q̄d uirtus pereat: ꝓpter q̄d iniungaŧ poſt ciborꝫ aſſumptionē, multiplicantib. et ſiſtentibus in principio paraxiſmorꝫ febriū, q̄d non dormiant, donec aſſumpti cibi plenitudo reſoluatur, & alleuietur ſubſequenter. Quod ſi uacuū fuerit corpus, ſomnus infrigidat ipſum, & deſiccabit, & uirtutem ipſius debilitat.

**Confabulator.** Debet recitator fabularꝫ boni eſſe intellectus, in ſcientijs ipſius generis fabularū, in quibus delectaŧ animus, potens abbreuiare, et ꝓlongare cum uoluerit, Fabularꝫ ſermones ipſos ornare, cōtinuare, & ordinare, ut cōuenit. Nec mutet ſuā effigiem in ipſa confabulatione, nec ꝓlixitate ſermonū uarieŧ confabulatoris intentio. Sit uero cōfabulator ipſe boni modi, et bonæ curialitatis, potēs ſuſtinere uigilias, ſcrutator ſermonū, hoſtoriarꝫ Regū, & ſermonū delectabiliū, et riſum ꝓuocantiū: & uerſuū, et Rithmorꝫ cōſcius: ut propter ea Rex aſſumat plenitudinē gaudiorꝫ. Nam propter hæc melioraŧ digeſtio eius, & mūdificabiŧ ſp̄ūs, et ſanguis ip̄orꝫ, et uacabit a uarijs cogitatōib. et efficiŧ bonę manerіei in rūorib. et eucūb. ſupeminēcūb. ei.

**Confabulationes inſomnis.** Sermones confabulationum ut plurimum ſunt de præteritis: qui aut ſunt ueri, aut falſi, aut ſimiles eis. Et diuerſantur, aut iuxta deſyderia intendentis. ſicut ſunt hiſtoræ Amatorum, ſicut Triſtrandi, & Iſaldæ, & Paridis, & Helenæ. Aut iuxta delectationem, aut iuxta deſyderia intellectus. ſicut in ſcientijs, curialitatibus & hiſtorijs Alexandri, & ſimilibus. Aut de pertinentibus iracundiæ. ſicut bella, & prælia, & expugnationes caſtrorum, ciuitatum, & his ſimilia confabulationes ſunt de genere accidentium animæ.

**Vigiliæ.** Hæ naturaliter laxant corpus, & uirtutes naturales, animales, calorem naturalem, & cordis caliditatem ad exteriora mouentes, per quos uigorantur ſenſus, & motus uoluntarius, unde interius cor infrigidabitur, exterius calefiet. Cum uero uigiliæ prolongantur, & ſomnus minuitur, addit deſiccationem corpori & caliditatem, & corrumpit humiditatem corporis, & facit oculos concauos apparere.

Apta huc quę ſupra fol. 54. Canone. 11.





Ebrietas. Vomitus. Raphani. Somnus. Confabulator. Loquēs in ſomnis Vigiliæ.

De Purgatione, & Conſtipatione, & mundificatione Dentium, & cura Ebriorum.

Iuuamenta rationabilia.

| H | Numerus. | Nomina. | Natura. Gradus. | MELIUS EX RE IPSA quam quæris. | IUVAMENTUM eius. | NOCUMENTUM eius. | REMOTIO NOCUMENTI eius. | Quid generat. | Complexiõi. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | 115 | Purgatio. | Dominii aureitis capillitiæ. | Expellens humorem ſuperfluum tantum. | Virtuti retentiuæ quieſcenti. | In purgatione excedens. | Cum ſtipticis. | o | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. |
| B | 116 | Conſtipatio. | Victoria uirtutis repentinæ. | Retinere uirtutem, donec proſit. | Cõſeruat humorum radices. | Retentioni ſuperfluitatum. | Cum medicinis laxatiuis. | o | Omnibus. | Omnibus. | Hyemi. | Habitatis. |
| C | 117 | Coitus. | Eſt duorũ cõiunctio cõparis ad ſimilitudinẽ ſpẽi. | Qui ſit donec cõplete ſpermatizetur. | Ad conſeruationem ſpeciei. | Hñtibus anhelitos frigidos, et ſiccos. | Cum cibis generantibus ſperma. | o | Cali. & humi. | Iuue. et adoleſc. | Verip° mundificationẽ meſtru. | Temperatis. |
| D | 118 | Sperma. | Materia generatiuæ cali. & humi. | Tpatũ quantitate, & qualitate in aqua, deſcendẽs ad fundum. | Generationi. | Cum in generatione fuerit defectus. | Cum cautela ſpermatis, & loci recipientis. | Animal aliqđ. | Oib. et pci. c. h. | Iuuenibus. | Temperatis. | Temperatis. |
| E | 119 | Mundificatoria, et lauat. dentiũ. | Mundificatio, & confortatio. | Non offendentes gingiuas. | Locis groſſis, & concauis. | Cõmouentia dentes, & deturpantia gingiuas, & excoriantia. | Cum non frequenter utitur eis. | o | Interiorib. cali. | Dẽtibus fortib. | Omnibus. | Omnibus. |
| F | 120 | Ebrietas. | o Vini faſtidium. | Quæ nunquam eſt bonum. | Nullum. | Cerebro, & uirtutibus. | Cum odorationibus frigidis. | o | Nullis ipſarum. | Nullis ipſarũ. | In quibuslibet mala. | Non habitatis. |
| G | 121 | Foca ordeacea, (alias ceruiſia.) | Io. c. & h. exopilans. G. f. & hu. in modica calidit. | Acutum, ſpeciatum. | Extinguit caliditatem acuitatis, & ebrietatis. | Neruos inflat, & facit faſtidium. | Cũ miſcet cũ ſucco limõncellor, et acetoſitate citri. | Humor malus. | Calidis. | Iuuenibus. | Calidis. | Calidis. |
| | 1 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

G. Hip. Ru. **Motus.** Species Motus ſunt ſex, ſcilicet, Generatio, Corruptio, Augmentum, Diminutio, Alteratio, & loci Mutatio. Et cauſſa in hoc eſt: quia motus, aut eſt in ſubſtantia, aut in accidente. Si in ſubſtantia: Generatio, & Corruptio. Si in accidente, aut interiori, aut ſuperficietenus. Si in interiori, aut ſecundum qualitatem, & eſt Alteratio. Aut ſecundum quantitatem, & eſt Augmentum, & Diminutio. Si exteriori ſeu ſuperficietenus, eſt Motus localis.

Eligitur Luna exiſtẽte in tertia domo, ſcilicet gaudij, cõiuncta fortunis, & aſcendens & domi nus ſint fortunati a dño ſertæ, hoc eſt, quartæ.

Hip. G. Ori. **Quies.** Per Quietem accidit corpori frigiditas, & humiditas, & artetica, carnoſitas, caro ſuperflua a natura derelicta, & turpitudo effigiei, mala digeſtio ciborum: & hæc omnia, quia ſuperflua reſolui non poſſunt ex motu. Quies autem eſt bona habentibus in ſuis corporibus uapores fumoſos: quia dum quieſcunt, non reſoluuntur uapores ipſi nociui, nam reſoluti miſcentes ſe humoribus forte febres inducerent.

Hip. G. Ru. **Exercitium moderatum.** Temperatius inter tempora eſt Ver: deinde Autumnus. Et temperatius dierum, eſt mane dierum æſtatis, & meridies dierum hyemis. Exercitium uero temperatum eget tempore, & loco conuenienti. Et generaliter Exercitium moderatum, diuerſatur iuxta diuerſitatem elementorum: quia exercitium moderatum iuuenilis ætatis, & corporum depreſſorum, in regionibus frigidis, & temporibus hyemalibus, quodlibet forte: & econuerſo.

G. Ie. Gab. **Equitatio.** Eſt exercitium moderatum: quæ diuerſatur ſecundũ diuerſificationem, quantitatis, equitantis, & equitaturæ. Et ſuauis equitatio, eſt exercitium, quando non equitatur motu totius corporis. Et uniuerſaliter iuuamenta exercitiorum moderatorum ſunt tria. Primum, excitatio caloris naturalis: & eſt augmentum; ad meliorandum digeſtionem, & ſubtiliandas ſuperfluitates. Secundum, pororum apertio, & meatuum mundificatio cum ſudore, reſiccantibus uaporibus. Tertium, duritia mem[...] uirtus ipſorũ ex confricatione membrorum.

Eligitur equitatio in ſignis mobilib. Luna exiſtẽte in trino Martis, & aſpectu Iouis.

Iudæus. Ari. **Venatio terreſtris.** Ven[...] ſiccat: quia eſt modus excedens quãtitatẽ temperatã, ex deſyde[...] diſſoluens humiditatẽ, quæ eſt caloris ſuſtentamentũ: propter [...] hoc exercitiũ eſt deteſtandũ, maxime inſuetis: quia hom[...] tens, & multoties cũ hoc comedens uenationũ carn[...] in uenationibus, ſiue ſint aſſueti exercitio, & u[...] egunt, & uiuunt carnibus uenationũ, & labo[...] geſti cibi a ſtomacho deſcendũt, ꝓpter q̃d [...] ilũ infrigidat, & humectat.

Eligitur Luna exiſtẽte in ſigno, q̃d non aſpicit dominus eius, & aquaticũ exercitiũ in ſignis aq̃ticis, aereum in aereis, & terreum in terreis.

Buc. Ie. **Exercitiũ ſol**[...] ſcietijs ai, et eſt minoris laboris: non [...] armorũ, nec ſicut laborioſa mili[...] exercitiũ [...] ſolatiu[...] bula, [...]

[...]igitur hmõi [...]tiũ, cũ Lu[...]erit in ſi[...] mobilib. [...]dum cũ [...]ipet

G. Ru. Io. Ori. **Luct**[...] loſa [...] qui[...] ſub[...] an[...] cto[...]



De operationibus Balneorum, & partibus ipſorum. Iuuamenta rationabilia.

| A | B | C | D | E | F | G | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Habitatis. | Habitans ſimiliter. | Orientalibus. | Septentrionalibus. | Calidis. | Occidentalib. | Terræ uehementis frigiditatis. | Regiones. |
| Omnibus. | Oĩbus ſimiliter. | Veri. | Hyemi. | Aeſtati. | Aeſtati. | Hyemi. | Tempora. |
| Vniuerſis. | Siccis in complexionibus. | Adulefcentib. | Decrepitis. | Iuuenibus. | Iuuenibus. | Decrepitis. | [illegible] |
| Omnibus. | Sanis cõſimiles, et ægris ecõuer. | Temperatis. | Frigidis, & humidis. | Calidis, & ſiccis. | Calidis, & ſic-ci[...] | [illegible] | |
| o | o | o | o | o | [illegible] | [illegible] | |
| Cũ rebus uehementis frigiditatis. | Cũ receptione uenti Septentrionalis. | Cum potu ſtipuco. | Cum aqua frigida. | [...]roi- | [illegible] | [illegible] | |
| Aegritudinibus acutis. | Syncopizantibus, & pulſationi cordis. | Fluxui uentris. | Virtutibus rationabilibus. | [illegible] | [illegible] | [illegible] | |
| Vniuerſis hominibus. | Sanis cõſimilibus, et ægris, & econuerſo. | Corporibus hãtibus poros apertos, et febri tertianæ declinãtibus. | Subtiliat flegma. | Meliorat [...] geſtio[...] | [illegible] | [illegible] | |
| Verus, altũ, & aquæ dulcis. | Temperatæ, ratione aeris, & aquæ. | Aperiens poros temperate. | Quæ non eſt uehementis caliditatis. | Dulcis, delectabilis. | [illegible] | [illegible] | |
| o | o | Cali. et hu. in 1. | Cal. in 2. & hu. | Dulcis fri. in 1. | Fri[...] | [illegible] | |
| Quatuor qualitates. | Cal. humi. & ſicc. | Tepida. | Cal. accidentaliter calorẽ faciens naturaliter. | Infrigidat naturaliter; calefacit accidentaliter. | Fri[...]mida. | [illegible] | |
| Balneum. | Cameræ, & aër ipſius. | Aqua delectabilis calidi. | Aqua caliditatis nimiæ. | Aqua frigida. | Aqua excellentis frigiditatis. | [illegible] | |
| 119 | 148 | 141 | 131 | 141 | 114 | [illegible] | |
| A | B | C | D | E | F | G | |



Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

Io. Balneum. Aquæ frigidæ infrigidat naturaliter, & per accidens calefacit. Balneum uero aquæ calidæ econuerſo. Verumtamen utrunq; humectat. Balneum uero aëris calidum, deſiccat: propter quod ſanitas conſeruatur. Et conferunt febribus ethicis, hydropicis, & paralyſi prouenienti ex euacuatione & repletione. Cum uero uolueris balneo humectari, aſpergatur balneum ipſum aqua multa, & ſedeatur multum in concha, ſeu fonte. Quod ſi deſiccari uolueris, euacua & deſicca multum balneum ab aqua ipſius, & ſedeatur in fonte illo, donec inſpiſsetur anhelitus & augeatur.

Eligitur ad introitũ Balnei, cũ aſcendens fuerit domus Iouis, uel Martis, et Luna aſpicit Venerẽ, uel fuerit in angulis.

G. Io. Cameræ. Aër balnei diuerſatur ſecundum diuerſitates Camerarum ipſius. Nam prima eſt tepida, ſecunda mediocris, tertia in uoluntate caliditatis & ſiccitatis: in qua ſi moretur aliquis modicum, calefacit corpus & humectat: ſi diu, infrigidat & deſiccat: propter multam diſtemperantiam humiditatis, & caloris naturalis diſſolutionem: & infrigidat accidentaliter, extrahendo a corpore humouem cholericum, ſicut accidit hoc in febribus tertianis.

Hip. G. Hyp. Aqua delectabilis. &c. Hæc poros aperit, & attrahit humorem cholericum, infrigidans accidentaliter, & humectans naturaliter: & dolorem mitigat, & digerit reumata, & humores: prouocat ſomnum: ſedat nocumentum rigoris, diſſoluens grauitates, & dolores capitis: & remouet ardorem prouenientem ex ſole, conferens paralyſi, impinguans corpus, ingrediens ipſum poſt modicam comeſtionem.

Hip. G. Aqua calida. &c. Aqua fortiter calida, multum calefacit, & parum humectat. Dixit Hip. Si quis intrauerit frequenter balneum, liqueſiet pinguedo ipſius, mentem corrumpens, & ſyncopim facit. Et idem dicit in alio loco, quod nocet illis, quorum uenter eſt ſtrictus: niſi forte balnei aqua fuerit infrigidata. Et illis etiam, quorum uenter eſt humidus per craſim: eo quod balneum ſtringit. Nocet etiam illis, quorum uirtus eſt debilis, & uomitum patientibus, & in quorum ſtomacho ſunt humores cholerici, & quibus facile manat fluxus ſanguinis de naribus.

Hip. G. Io. Aqua frigida. Iuuamentum balnei aquæ frigidæ eſt, quia infrigidat & humectat: & calefacit accidentaliter, propter clauſuram pororum: facit etiam retineri uapores interius, propter quam cauſſam balneatio in eis poſt cibum meliorat digeſtionem. Diuerſatur tamen operatio eius ratione habitudinis, & temporis præſentis: eo quod iuuenis denſi corporis, cum balneatur in aqua frigida tempore æſtiuo, augetur caliditas, & uirtus ipſius, & melioratur ipſius digeſtio: & aufert paralyſim ex repletione, ex copia caliditatis interius profundatæ.

Eligit̃ in natatione, & lauacris ĩ aqua frigida, cũ Luna fuerit in Cancro, uel in Piſce, nec ſit ſimcta Saturno, & deſcẽdat Luna exiſtẽte in Capricorno, uel Aquario. Eligit̃ h' ſnũctio cũ Luna fuerit minuta lumine, prius q̃ a ſole euadat, et gñaliter hęc electio uti lis eſt ad mũdificãdũ ſordes oĩs corporis.

Hip. G. Io. Aqua. &c. Nocumentum accidens ex balneo aquæ frigidæ eſt, cum balneatur poſt exercitium, coitum, uigilias, uomitũ, medicinam laxatiuam, & uentris fluxum ex indigeſtione: & ſi bibita fuerit etiam nocet. Obeſt etiam ægritudinibus iuncturarum, & tumoribus frigidis, & abſcindit fluxum ſanguinis ex naribus, & ex alijs locis fluentem, cum circa ea loca non manat, embrocatur: eo quod aqua cõagulat ſanguinem. Et accidit decrepitis ex aquæ frigidæ balneo, ſicut accidit ſerpentibus ex frigiditate hyemis. Et de iuuamento aquarum fontium, ſicut diximus in capitulo de aquis potabilibus.

De. Glo. Mac. Pſilothrũ. &c. Præcedit intinctionẽ Pſilothri ad hoc ut non exurat locũ, inunctio cũ maluaː deinde lauet cũ aqua fri. locus inũctus & deſiccetː poſtmodũ locus inũgat pſilothro, ita tñ q̃d inũgat prius pſilothro, pprius digito, & ſcribat in cruce dextra dicẽdo, Miſerere Deus Salomonis ſilij Dauid. Huius uero pſilothri inunctio fieri debet poſtq̃ ſudauerit in balneo, & ſudoris ipſius facta fuerit abſterſio, et deſiccatio. Cũ uero abradere cœperit, morandũ eſt in camera calidi balnei, donec pſilothrũ liqueſiatː poſtmodũ fricet locus cũ cartamo trito, cũ ſemine melonũ, & farina rizon, tẽperatis cũ aqua myrthi, & prunorũ, et fumigatis in uaſe aliquo, & reſeruatis: de quo diſſoluto cum aqua roſ. quoties neceſſe fuerit recipitur, & inungitur, ſeu lauatur locus.



Balneũ aquæ frigidæ, & Cameræ. Aqua delectabilis. Aqua calida. Aqua frigida. Aqua in balneis frigi. bibita. Pſilothrũ.

De ordinatione Balnei, & uariatione ueſtimentorum post balneum, & conſeruatione ſanitatis unguium. Iuuamenta rationabilia.

| Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quęris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOTIO Nocumenti eius. | Quid generat. | Cōplexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
| --- | --- | --- | --- | --- | --- | --- | --- | --- | --- | --- | --- | --- |
| [illegible] 240 | Auripigmentum. | Gal. call. ſic. ſit. pd. cōbuſtiuū. | Cal. & ſicc. in 4. | Quod eſt de laminis deaurans, leuibus. | Abradit pilos, & trahit humores cū ſudore. | Colorat cutem nigro colore. | Cum ſucco rizon, & caſ cartani. | o | Frigi. & humi. | Senectuti. | Hyemi. | Habitatis. |
| [illegible] 247 | Inunctio olei ſine fricatione. | Humectatiua- curaliter. | Frigi. ſpa. in 1. | Poſt balneum. | Hūectat corpus, & pręſeruat ab apoſtematibus. | Habitudinē lenit. | Cum ſandalo, aqua roſ. | Habitudinem limpidam. | Siccis. | Decrepitis. | Aeſtati. | Lutoſis, et montoſis. |
| [illegible] 248 | Fricatio abſq; olei inunctiōe. | Calefactiua, & deſiccatiua. | o | Leuis. | Aperit, & reſoluit uapores. | Facit Bothor. | Cum balneo temperato. | Membrorum duriciem. | Humidis. | Iuueni. et Senec. | Hyemi. | Septentrionalibus. |
| [illegible] | Biſmalua. | Theo. calid. temperate. | Cal. ſpa. in 1. | Montana, tenera. | Mūdificat & lenit uentrē, & diſſoluit apoſtemata orificiꝗ ani. | Mollificat criſpitudinē capillorum. | Cū mixtione gariofil, et ſandalorum. | Lenit membra. | Omnibus. | Omnibus. | Omnibus. | Habitatis. |
| [illegible] | Veſtis linea. | Frigi. & ſicc. | Fri. & ſicc. in 2. | Leuis, ſplendida, & pulchra. | Temperat calorem corporis. | Dēſat cutem, & prohibet exire uapores. | Cum mixtione ſetæ. | Deſiccationem apoſtematū. | Calidis. | Iuuenibus. | Aeſtati, et Veri. | Septentrionalibus. |
| [illegible] | Veſtis de ſeta, & lana. | Cali. & deſiccatiua. | Cal. & ſicc. in 2. | De partibus Māſi, & Faſi. | Educit calorem. | Inflammat calorem. | Cum ueſtibꝰ lineis, & ſubtus eas. | Additionem caloris. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Montanis. |
| [illegible] | Oleum uiolaceum. | Frigi. et humi. | Fri. & hu. in 2. | Factū de bonis uiolis. | Mollificat duriciem neruorum. | Laxat neruos, & membra. | Cum oleo ſambucino. | Debilitatem tactus. | Calidis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Meridianis. |

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

D. Gio. May. Rog. **Auripigmentū.** In calce lota, ſeu extincta, auripigmentū tantū, quantū quarta pars ipſius calcis ponaſ. Deinde teraſ, & miſceaſ pro calefactis, cū aquis hordei, uel rizon, uel ſucco melonū: pro infrigidatis uero cū ſucco maioranæ, ſeu mētaſtri. Quod ſi educere uolueris aliqđ ſub cute exiſtens, miſceaſ cum p̄dictis aloës epimitidæ, myrrhæ, & coloquitidæ añ. ʒ. 1. ad p̄ſeruandū apoſtemata, & bothor corporis. Et ſi accipiaſ ſpuma maris, & miſceaſ cū aqua, depilabiſ locus inūctus. Vel accipiaſ ſpuma maris, & teraſ, et infundaſ multoties in aquā auripigmēti: deinde in aqua athalli, & ſublimetur, abradit pilos aſperſa ſuper locum piloſum. Quod ſi hæc plura uideantur acuta, diſſoluantur in aqua fontium frigida & recenti. Quod ſi modicum acuta fuerit, diſſoluatur in aqua prædicta. Alias auripigmentum mixtum cum melle, abradit. — Eligitur ad faciendum abraſionē pilorū, Luna exiſtēte in ſigno bicorporeo: excepta Virgine.

G. **Inunctio olei.** Si oleum frigidū fuerit, ſicut uiolaceum, lenit ſuperfluitates, aperit poros, lenit & humectat corpus. Et ſi fuerit calidum, ſicut ſambucinum, & muſcelinum, & coſtinum, calefacit, & diſſoluit diſſolutione uehementi, cum aliquo ipſorū utuntur febricitantes, poſt completam digeſtionem humorum. Olei enim inunctio, antequam fiat pororum apertio, operatur retentionem ſuperfluitatum, quas natura ſub cute expellit: facta uero pororum apertione, diſſoluit ſuperfluitates, & corpus humectat.

G. Hip. Ior. **Fricatio.** Fricationis uero ſimplicis, ſeu præter oleum, quædam eſt lenis: & hæc diſſoluit, & liquefacit humores, & poros aperit. Et quædam eſt fortis: & hæc diſſoluit humiditates, & membra indurat. Et quædam eſt mediocris: & hæc ſanguinem trahit ex ſuperficie corporis. Et olei inunctio abſq; fricatione, poros claudit, & prohibet reſolutionem ab eis. Poſt balneationē cum aqua calefacta, conſeruat calorem naturalem, ne diſſoluatur, & calefacit & humectat. Et poſt balneationem in aqua frigida, inunctio infrigidat & humectat.

Ior. **Biſmalua.** Eſt duplex. Alia eſt alba. Alia uiridis. Viridis eſt melior. Dixerunt tamen quidam ꝙ eſt calida in primo gradu: & in ipſa eſt aliquid ſtipticitatis: & eſt humectatiua, & digeſtiua, & mundificatiua; & propter hoc abſtergit maculas nigras faciei. Alia ad leniendum faciem, & planificandū capillos. Rec. pſillij torrefacti, triti, & educti per pannum de ſera & lana. Alia conferens furfurib. capitis. Lauantur capilli cū ſucco bletæ, & delet. Alia. Si miſceatur cum ſucco, quem diximus ſtaphiſagriæ, interficit pediculos, & lendes. De operationibus uero uſuem, ſandal. & roſ. diximus in capitulo lauationis mannum. — Eligiſ ad ueſtimēta induenda, Luna exiſtēte in ſignis mobilib. p̄ter Capricornū. Et melius inter ſigna mobilia, eſt Libra et Aries: et maxie qñ aſpexerit Venerem, ſeu Iouē, trino uel ſextili aſpectu.

Supra fol. 89. Ieſu. **Veſtis linea.** Omnia ueſtimenta tangentia corpus calefiant prius: deinde calefaciunt. Præter ueſtimēta linea. Nam hęc prius infrigidant corpus, deinde adquirunt corpori lenē caliditatem. Veſtimēta uero Scumeyſi corpus leniūt & humectant. Bombicina uero quāto nobiliora ſunt, tantō magis leniūt, et calefaciūt corpus: et ecōuerſo. Veſtimēta uero habētia pilos ſpiſſos, ſunt de hyemalibus ueſtibus. Et ueſtimenta leuia, rara, & ſplendida, ſunt ecōuerſo. Calceare ocreas, ſeu calciamenta dextri pedis, prius ſiniſtro, præſeruat a dolore ſplenis.

Hali. Filius. Ab. **Veſtes de ſera & pellibus.** Veſtimēta de ſera leue efficiunt corpus: ſi de ſera torta fuerint, minus corpus calefaciunt, q̃ ſi de bombicea fuerint. Sed ueſtes de pelle, diuerſantur ſecundū diuerſitatē animaliū. Sed meliores ſunt, quæ fiunt de pelle Biffari: nam hæ calefaciūt fortiter. Sed pelles Vulpinę ſunt magis calefactiuę. Pelles uero Cuniculoꝝ et Leporū, ſunt minoris caliditatis, q̃ de Biffari: q̃ ſunt cōuenientiores corporib. tꝑatis, ꝑpter leuitatē ipſaꝝ. Pelles uero Agnorū ſunt magis calefacientes pellibus Hedinis, & magis conferētes dorſo, & renib. Et ſedilia quæ fiūt ex gatis paludis, conferūt Hemorrhoidib. Veſtimēta uero aſpera, macre faciūt corpus. — Deteſtaſ inciſio unguiū digitoꝝ, cū Luna fuerit i Geminis: & inciſio unguiū pedum, qñ Luna fuerit in Piſcibus, et p̄cipue cū iuncta fuerit Mercurio, uel Ioui.

**Oleum Violaceum.** Vngues ſunt de extremitatibus corporis. Et quoꝝ inūctio ſanitatē præſeruat ipſoꝝ. Inciſio uero ipſorū fit die Iouis: ut aſſecureſ de ruptura ipſoꝝ, ſi forte forfices tetigerint carnes digitorū, uel lotæ fuerint cū ſale, poſt inciſionē accidere poteſt, q̄d digiti incurrant inflationē calidā: quæ curaſ cū ſemine pſillij infuſo in aq̃, et aſperſo ſupra petrā: et appoſito. Sed ſi ſenſerit pulſationē in locis iflatis, ſignat putredinē fieri. Accipiaſ de farina groſſa, et maſticeſ: q̃ maſticata digito patienti apponaſ. Quod ſi putredo remaneat, ita q̄d unguē cadere cōtingat, inūgaſ extremitas digiti patientis cū oleo fri. uel cæra, nā hæc nō ꝑmittūt turpē unguē renaſci. — Apta huc quę ſupra fol. 19. Canone. 20.

K



Auripigmentū. Inunctio olei. Fricatio. Biſmalua. Veſtis linea. Veſtis ſerica. Oleū uiol.

Fumigationes bonæ, Iuuamenta & Nocumenta ſyruporum. Iuuamenta rationabilia.

| Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX REipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOtio Nocumenti eius. | Quid generat. | Cõplexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A 353 | Xyloaloes. | Muſ. calid. & ſicc. | o | Nigrũ, ponderoſum, & amarum. | Retinet, confortat ſtomachum, & ſpiritus. | Aegritudinibus cerebri calidis. | Cum ſumitur cum camphora. | Cremẽtum ſpiritus uitalis. | Frigidis. | Senectuti. | Hyemi. | Septentriona. |
| B 354 | Muſcus. | Muſ. calid. & ſicc. | o | Saiadi, quod fertur de partibus Culbeth. | Confortat cor, & cerebrum. | Cerebro calido. | Cum camphora. | Cremẽtum uirtutum. | Frigidis. | Decrepitis. | Hyemi. | Septentriona. |
| C 355 | Camphora. | Ie. cõpoſita ſubſtãtia, cal. & ſubſtantia frigi. | o | Rubrum, album, & magnum. | Abſcindit fluxum ſanguinis ex naribus. | Inducit uigilias, & nocet coitui. | Cum uiolis, & nenufare. | Delectamentum. | Calidis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Meridionalib. |
| D 356 | Ambra. | Ior. cali. & ſicc. declinans ad cali. muſci. | o | Griſea, leuis, & pinguis. | Confortat cor, & multiplicat ſpiritꝰ. | Conſuetis pati Machure. | Cũ camphora, & odoramento alchannæ. | Audacia. | Frigi. & humi. | Decrepitis. | Hyemi. | Septentrionali. |
| E 357 | Aqua roſacea. | In ſub. ſine titulo fri. & ſtipticaꝫ in q̃ eſt uirtꝰ ẽrea. | o | Quod fit ex ſublimatione roſ. abſq; aqua. | Confert uirtutibus, & inſtrumentis ipſorum. | Exaſperat pectus. | Cum candi, & Iulep. | Alacritas. | Calidis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Septẽtrionalib. |
| F 358 | Syrup. acetoſus. | Tpa. in cali. fri. & ſubtilitate. Muſ. Ioh. | o | Coctus mundus, moderate coquatur. | Incidit, ſubtiliat, mundificat, & aperit. | Coitui, tuſſi, & dyſenteriæ. | Cum Iulep deredeo. | Humor frigidus. | Omnibus. | Vniuerſis. | Omnibus. | Habitatis. |
| G 359 | Syrup. aceto. de ſeminibus. | Tpa. ca. ex opilatione, & dicit q̃d ſit cali. Ru. | o | Quod fit ſecũdum artis canones. | Deſcẽdere facit cholerã, & flegma. | Stomacho pectori, & neruis. | Cum ſyrupis de papauerib9. | Nutri. de q̃ non eſt curandum. | Frigi. et humi. | Iuueni. et ultra. | Hyẽi, et circũſtã. | Frigidis. |





Opiniones Philoſophorum. Electiones, & Proprietates.

M. Ie. Ior. **Xyloaloes.** Eligit Indiæ: q̃a eſt delectabilius in fumigationib. Deinde Xyloaloes Saamſi: quia hm̃oi facit magis redolere pãnos, poſtq̃ eſt lignũ aloes humidũ: eo q̃d melis eſt ad maſticandũ. Lignũ aloes uero Crinũ, eſt de mõ Saamſi. Et in hoc eſt dulcedo, ꝑ quã gñanẽ pediculi. Sed Indũ hẽt amaritudinẽ, quæ ꝓhibet gñationẽ ipſoꝝ. Et lignũ aloes eſt diuerſoꝝ modoꝝ, ſecũ diuerſitates regionũ, ex qbus ferẽ. Verũ nõ quelibet arbor ipſius dicit xyloaloes. Et xyloaloes ponit inciſa ſub terra: ꝓpterea, ut ſordes & terreſtreitas ſua abſcindaẽ. Et locꝰ ortus ipſiꝰ eſt ignotus. Et hm̃oi xyloaloes ẽ cõferẽs mẽbris iteriorib. et cõfortat cerebrũ & neruos, et cõfert hepati.

G. Ior. M. **Muſcus.** Folliculi cõtinẽtes Muſcũ Cubit ſunt, ſubtili ex ueſicula & muſco. Gergeri folliculi ſunt hijs cõtrarij: q muſcꝰ eſt minoris ſubtilitatis, & aromaticitatis. Verũ muſcꝰ Charã medio cris eſt inter ꝑdictos: cũ quo miſceẽ limatura argẽti, & plũbi, ut ſit ponderoſus. Muſcus Salmin di eſt declinãs ab operatione ꝑdictĩ: quia motus de proprio folliculo, in uaſe uitreo conſeruaẽ. Et folliculus in quo continẽ muſcus, eſt umbilicus anialis, ſimilis Gazelo, habẽtis duo cornua erecta uerſus altũ: quæ ueſicæ iueniunẽ plenæ ſanguine: quæ cũ conſeruanẽ tpe diurno, ſanguis ille tranſit in muſcũ. Et cũ hæc anialia a maritimis, elongãẽ uerſus deſertũ incedẽtia, ſpica naturaliter paſcunẽ, & tũc ipſoꝝ muſcus erit delectabilior. Cũ uero ꝓpe maritimã cõmoranẽ, paſcunẽ myrrha. Falſificatur tñ hic muſcus cũ radice dicta Maſir, & cum herba ſalich trita.

Ior. Ma. Io. **Camphora.** Riachi eſt radix oĩm camphoraꝝ, inuenit in corporibus arboꝝ. Fruſta ipſius in modũ ſalis albi. Fruſtũ tñ unũquodq; ipſius eſt ponderis aurei, uel minus. Camphora uero minuta uocaẽ Miſſen. Et Camphora cõmixta fruſtis arboris, decoquiẽ, ſicut diximus in præparatione aquæ Camphoræ, & hæc camphora uocaẽ Firroli, (in alio, Syſiri,) ex qua conficitur ſtatuæ. Et Camphora non nominaẽ diuerſis noibus, niſi propter diuerſitatẽ regionũ, & partiũ inſulaꝝ, et non ex alia cauſſa. Et fertur, q̃d ſub umbra arboris camphoræ morari poſſunt ultra centũ hoies: cuius corpus eſt albũ, declinãs ad rubedinẽ, ex quo cũ frangiẽ, cadit Camphora.

Maſ. Ior. **Ambra.** Eſt ſicut cerebellũ. Et maiꝰ ex ea eſt ponderis mille aureorũ: et hęc Ambra egrediẽ de fontibus reptis in mari ſupnatãs aquę: de qua ſupnatãtes aues deſcẽdẽtes comedũt, & moriũtur, ꝓpter comeſtionẽ ipſius. Alij uero dicũt, q̃d ſit ſupfluitas, ſeu ſtercus anialis. Alij uero dicunt, q̃d ſit de ſordibus maris. Et ex oĩbus modis Ambræ melior eſt griſea, & deterior quæ eſt coloris niuoſi: poſt quã in bonitate eſt Ambra piſcea (alias, picea) Ambra piſcis eſt qui horribilẽ odorem habet. Nam piſces deglutientes ipſum, eijciunt poſtmodũ: & quãdo præparaẽ, in decolatiõe (in alio, in decoctione) egrediẽ ex ea harena. Eſt etiã alius modus Ambræ pinealis. Et eſt alter modus, q dicit mũdus, carẽs odore. Such uero conficiẽ ex humidis emblicis. Qui ſi non repiunẽ, fit ex ramich. Et Ramich eſt galla recens, agreſtis. Et iſti modi Such ſunt frigidi.

Iudæus. **Aqua Roſacea.** Eligitur potus eius ad confortationem cordis & ſtomachi: & odor eius, ad ſedandũ ſyncopim: eo quod excitat quinq; ſenſus, & dilatat animã, & confortat corpus, cum aromaticitate, & ſtipticitate, ſi cum roſis miſceantur alij flores, ſeu ſpecies aromaticæ: ut camphora, & trocus: & ſublimeẽ aqua illa roſacea, efficietur uirtutũ rerum mixtarum.

Filius. Iſa. **Syrupus acetoſus,** Qui fit cum zaccharo, eſt conueniens omnibus ſanis complexionibus, ætatibus, & regionibus: & qui cum melle eſt temperatus inter caliditatem & frigiditatem: & factus cum radicibus, eſt declinans potus ad caliditatem, magis exopilans, & inciſiuus, & minus extinctiuus, & infrigidatiuus, q̃ acetoſus ſimplex. Et ſyrupus acetoſus de ſeminibus, eſt magis aperiens opilationem. Acetoſus uero ſimplex, eſt fortior ad ſedandum ſitim, & infrigidandum hepar: cuius iuuamenta dicemus poſt.

G. Ie. Ra. **Syrupus ſimplex.** Hic eſt conueniens ſanis & ægris, diſſoluens uentoſitates; & exuperat choleram ſua acetoſitate, conferens expulſioni ſputi a pectore & pulmone. Vrinam prouocat. Et Syrupus acetoſus de Citonijs, quem compoſuit G. eſt conferens confortationi ſtomachi & hepatis, & addit in appetitu, & prodeſt conualeſcentibus. Et Syrupus acetoſus ſquilliticus, eſt conferens hydropicis, & ægritudinibus uentris accidentibus ex frigiditate: & educit fœtum, & confert aſmati, & difficultati anhelitus, accidentibus ex humore flegmatico uiſcoſo.

Ape ta huc q̃ ſupra fol. 54. Canone. 16.






Xyloaloes. Muſcus. Camphora. Ambra. Aqua Roſa. Syrupus acetoſus. Syrupus.

De Syrupis Rob, & diſpoſitionibus Camerarum, habito reſpectu iuxta temporum diſpoſitiones. — Iuuamenta rationabilia.

| Numerus. | Nomina. | Natura. | Gradus. | MELIVS EX REipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOTIO Nocumenti eius. | Quid generat. | Complexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A 260 | Syrup. de Citonijs. | Frig. & ſicc. | Fri. in 2. ſic. in 2. | Bene cōpoſitus, ex rebus cōuenientibus confectus. | Meliorat digeſtionem, & ſtringit uentrē, & abſcindit uomitū. | Exaſperat guttur, & pectus. | Cum ſyrupo dulci, ſicut de papaueribus. | o | Cali. & humi. | Senectuti. | Aeſtati, & circumſtantijs. | Meridianis. |
| B 261 | Syrup. de Papaueribus. | Frigi. & tempe. | Fri. tempe. in 2. | Confectus cū ſeminibus, & corticibus papaverū, & aqua pluuiali. | Pectori, & cerebro calido. | Offendit cōplexiōes uiſcerum ex frigiditate. | Cū mina bona. (alias, myrrha. | o | Calidis. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Calidis. |
| C 262 | Syrup. Roſaceus. | Fri. & ſtipticus laxatiuus. | Fri. & cali. in 2. | In aqua, cuius ſpēs roſę pōſt bullitionem mutatæ ſunt. | Educit ſubtilem cholerā. | Cōprimit ſtomachum, & inteſtina. | Cum aqua hordei, & humida. | o | Calidis. | Iuuenibus. | In media æſtate. | Meridianis. |
| D 263 | Syr. de Iulep cōfect. de aq. roſ. | Frigi. & humidus. | Cali. & hu. in 1. | Bene coctus, & confectus cum aqua roſa. | Ebrietati, & cōſeruationi ſanitatis. | Fluxui, & raſuræ inteſtinorum, & dyſenterijs. | Cum ſyrupo de pomis. | o | Calidis. | Iuuenibus. | Aeſtate. | Occidentalib. |
| E 264 | Rob de ribes. | Fri. & ſicc. conſtrictiuus. | Fri. & ſicc. in 1. | Quod defertur de Sires. | Cōfortat ſtomachum, & digeſtionem. | Dolori gulæ, & gutturis. | Cum Rob de granatis melliferis. | o | Cali. & humi. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Meridianis. |
| F 265 | Cameræ æſtiuales. | Frigi. & humi. temperatę. | o | Quæ aſsimilantur temperantiæ Veris. | Complexionem, & digeſtionem temperant. | Prohibēt diſſolutionem æſtatis. | Cum balneo. | o | Calidis. | Iuuenibus. | In meridie. | Meridianis. |
| G 266 | Cameræ hyemales. | Contempera. in caliditate. | o | Quæ aſsimilantur extremitati Veris. | Excitat uirtutes ſopitas a frigore. | Sitim efficiūt, et faciunt deſcendere crudum cibum. | Cum diſpoſitione uerſus aerem ſeptentrionalem. | o | Frigidis. | Decrepitis. | Fortiter frigidis. | Montanis. |





Opinionеs Philoſophorum. — Electiones, & Proprietates.

Sab. **Syrupus de Citonijs.** Eſt confortatiuus ſtomachi, & ſitis ſedatiuus. Sciendum tamen, quod ſuc-
Filius eus Citoniorum diutius conſeruatur ſucco pomorum. Mina ſpeciata eſt de natura ſpecierum. — Confortatiuus.
Sab. Syrupus uero pomorum eſt frigidus & ſiccus, confortatiuus orificij, conferens pulſationi cor-
Ior. dis, roborans animum, retinens uomitum, & fluxum uentris. Syrupus tamen qui fit de pomis Hieroſolymitanis melior eſt, & pro huiuſmodi operationibus, propter bonitatem coloris: Verum eſt minoris frigiditatis, propter ipſius dulcedinem. — Eligit in Syrupis medicinalibus, quod Luna ſit iuncta Veneri & Ioui, in ſignis aereis et aquaticis.

D. **Syrupus Papaueris.** Eligitur contra uigilias, eo quod ſtuporem efficit. Et eſt conferens tuſſi & reumati. Et ſyrupus de Nenufare eſt conferens dolori capitis: & reumatibus deſcendentibus ad pectus, uel ad ſtomachum. Syrupus de Lemoncellis eſt frigid. & ſicc. habens in ſe aliquid caliditatis propter corticem: uincit choleram, conferens ſtomacho, & appetitui. Meliorat digeſtionem, ſedat uomitum, & prodeſt ebrietati. — Refrigeratiuus.

Iudæus. **Syrupus Roſa.** Eligitur ſyrupus de aqua Roſa. rubea: confectus propter uirtutes ipſius laudabiles. Et fit, acuendo ipſum cum ſcamonea: & ſimpliciter non acuendo. Et eſt poſsibile, quod
Laxatiuus. temperetur cum ſyrupo acetoſo. Syrupus Viol. eſt temperatus in frigiditate & humiditate; lenit pectus & guttur, & ualet contra tuſſim cum febre, & lubricat uentrem. Syrupus de granatis cum menta confectus, eſt frigidus & ſiccus, ſedans uomitū, & ſitim, conferens cholerico orificio ſtomachi. Syrupus confectus cum thure, confert uariolis, rubori corporis, & meſthiræ, & ſimilibus. — Eligit in purgatiōe, quod Luna ſit in Scorpione, uel in ſua triplicitate. Deteſtatur tū, ſi ſit coniūcta cum Ioue, uel planeta retrogrado.

Filius Mun. **Syrupus Iulep.** Eſt temperatus, declinans ad frigiditatem & humiditatem. Extinguit caliditatem ſtomachi, confortans eum: & reprimit acuitatem febrium. Aqua mellita, cum ſpeciebus, confert ægritudinibus frigidis: cuius mundificatio minor eſt mundificatione mellis. Laxat uentrem ſiccum, ſed premit ſtomachum, & inteſtina parata ad expellendum ſuperfluitates: & retinet cibum inuentum in ſtomacho, & confortat diſtribuentes ipſum per partes corporis. — Refrigeratiuus.

Sab. Sera. **Rob de Ribes.** Rob de myrtillis confert fluxui cum tuſsi. Rob de cellis, eſt frigidus, conferens tumori gulæ ex caliditate. Rob de nucibus eſt calidum, conferens inflammationibus gulæ ex frigiditate. Rob agreſtæ frigid. & ſicc. alterat choleram, uomitum reprimens, & ſitim, uentrem ſtringit. Et ſimiliter Rob de aceto citri, uerumtamen eſt fortioris operationis. Rob de prunis confert febribus cholericis, quando uenter eſt ſtrictus. — Eligitur ut fiat hæc diſpoſitio camerarū, Luna exiſtēte in ſignis fixis, ſeu bicorporeis, et Luna & aſcendens ſint fortunati a domino aſcendētis (alias, a domino tertij.)

Ra. Gab. **Camerę æſtiuales.** Eligunt tēpore æſtiuo Cameræ Septētrionales, inueſtitæ plurib. ſuppoſitis pānis ſubtilib. et raris, aſperſę odoramētis fri. et aqs dulcib. et bedurg, amplis, plenis ſpēbus fri. redolētibus herbis, et fructib. frigidis odoriferis: quę fumigant etiā cum ſandalo & camphora: & rorant panni pdicti aqua roſa. tēperata, cū uino odorifero. Et per hanc diſpoſitionē camerarū, & conuerſationē alicuius in eis nudo corpore, fit prohibitio a calore uehemēti, eo quod aer eſt tunc frigidior nobis. Et cum hęc operari non poſsumus, induimus corpus ueſtimētis, & caput cooperimus biretis, quæ ſunt calidiora nobis; & præcipue cum aerem calidum circūdantem nos, & mixtum uaporibus noſtri corporis, rectificare cum flabellis non poſsumus. — Prohibet hæc conſtitutio camerarū fieri, cū infortunæ fuerint in angulis, tertia domo; et eius oppoſito.

**Camerę hyemales.** Eligit in Cameris hyemalib. ut habeant carbones ignē diutius continētes, & ligna nō hñtia malas qlitates, ſicut ſunt ligna ficus, et ſimilia. Et Cameræ ſuffumigent ſuffumigationib. aromaticis calid. ſicut neda ambræ. Et oſtia cameræ ſint diſpoſita ad orientē, & in cameris lecti leues & molles ſint. Nā hæc cōſtitutio camerarū ſitim efficit, et ciborū deſcenſum feſtinare facit añ horā debitā, et uniuerſalit ſicut balnea cooperant poſt cibū. Et cū cameræ inficiunt forte cimicibus, ſuffumiget ſuffumigationib. nucū cupſſi, et odoramēto nepę albæ, tūc interficiunt. Et ſi accipiat auripigmentū ductū cum aqua in aliq uaſe, et roret cum ea locus continens muſcas. Itē herba ſancti Iohannis ſcarletza, uel eius flores, ualet contra cimices. — Apta huc quę ſupra fol. 11. Canone. 19.





Syrupus Cit. Syrup. Pap. Syrup. Roſ. Syru. Iulep. Rob de Ribes. Cameræ æſtiuales. Cameræ hyem.

De mutapone Aeris, occaſione Ventorum, & temporum, | Iuuamenta rationabilia.

| A | Numerus. | Nomina. | Naturæ. | Gradus. | MELIVS EX REipſa quam quęris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOtio Nocumenti eius. | Quid generat. | Complexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| H | 167 | Ventus meridionalis. | Cal. & humi. | Cal. in 2. ſic. in 1. | Tranſiens per bonam regionem. | Pectori. | Perturbat ſenſus. | Cum camphora, & aqua roſ. | o | Frig. & humi. | Decrepitis. | Autumno. | Septentrionali. |
| G | 168 | Ventus Septẽtrionalis. | Cali. & ſicc. | Fri. in 2. ſic. in 1. | Tranſiens per aquas dulces. | Clarificat ſenſus. | Pectori, & tuſſi. | Cum balneo, & ueſtimẽto. | o | Cali. & humi. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Meridionalib. |
| F | 169 | Ventus orientalis. | Temperatus. | Temp. cal. in 1. | Trãſiens per aquas, & prata pulchra. | Multiplicat ſpiritus. | Ophtalmiæ, & corizæ. | Cum aqua florum. | o | Temperatis. | Omnibus. | Veri. | Orientalibus. |
| E | 170 | Ventus occidentalis. | Aliculeq ſpiſſæ. | Tpa. ſ. in. al. i. 1. | Declinis Septentrionalibus. | Procurat digeſtionem. | Tremori, & frigori. | Cum calefactione. | o | Temperatis. | Omnibus. | Veri. | Orientalibus. |
| D | 171 | Ver. | Temperatum. | Tpa. hu. in 1. | Medium ipſius. | Vniuerſaliter animalibus, & terræ naſcẽtibus. | Corporibus immundis. | Mundificãdo corpora. | o | Temperatis. | Iuuenibus. | Nullis pportiõ. | Temperatis. |
| C | 174 | Aeſtas. | Cal. & ſicc. | Tempera. in 1. | Principium ipſius. | Diſſoluit ſuperfluitates. | Impedit digeſtiõem ratione choleræ. | Cum infrigidantibus humidis. | o | Frigidis. | Decrepi. et leni. | Nul. pportiõat. | Montanis. |
| B | 172 | Autumnus. | Aliculeq ſpiſſæ. | o | Medium eius. | Gradatim pcedẽtibus ad contraria. | Tẽpatis cõplexionibus. | Cũ rebus humectantibus, & balneo. | o | Temperatis. | Adoleſcentib. | Nul. pportion. | Temperatis. |
| | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |





Opiniones Philoſophorum. | Electiones, & Proprietates.

Hip. G. **Ventus Meridionalis.** Regio Meridionalis conſiſtit in dextra parte, reſpiciente uerſus Orientem, Et eſt regio calida, eo quod declinat uerſus eam; & diſtat modicum a circulo Augis (in alio, axis) & eſt humida: propter uapores diſſolutos, & magno mari circumdante. Et hebetat motum, & corpora, perturbat ſenſus, prouocat paroxiſmum epilenticum. Inducit ſoda, replet cerebrum ſuperfluitatibus, & maxime humidis, & debilitat digeſtionem.

Hip. G. **Ventus Septentrionalis.** Regio Septentrionalis eſt oppoſita regioni Meridionali, ex parte ſiniſtra conſiſtens, reſpicienti uerſus Orientem. Cuius complexio eſt frigida & ſicca: eo quod elongatur egreſſus (in alio, inceſſus) Solis a loco illo. Nam ſol tranſit per eum, cum eſt in circulo Augis ſuæ, & tunc diſtat longius ꝗ̃ poſsibile eſt a terra. Et hæc regio humores mundificat, clarificat ſpiritus, & ſenſus corroborat, prohibens fluxus reumatis: & obeſt complexionibus frigidis. Hippo. opinatur, quod uentus eſt äer motus, Ariſt. uero dicit, quod eſt uapor deſcendens a terra.

Hip. G. **Ventus Orientalis.** Regio Orientalis, quæ Arabice dicitur Sabel, uerſus ortum Solis, eſt temperata, declinans ad caliditatem, & ſiccitatem. Temperata, quia Sol non elongatur ab ea in tantum, quod remaneat frigida: nec tantum appropinquat, quod ſit calida, ſicut accidit alijs ab ipſa: quæ propter ſuam temperantiam efficit habitudines temperatas, & corpora ſana, uirtutes fortes, & habitatores coloratos, albo & rubeo colore.

Hip. G. Ari. **Ventus Occidentalis.** Regio Occidentalis Arabice dicitur Dubur, & eſt ſicut regio Orientalis, non ſimpliciter temperata, ſed declinans ad frigiditatem & ſiccitatem. Non ſimpliciter temperata dicitur, quia Sol non immittit radios ſuos mane ſuper eam: & habitantes in regione illa, ſentiunt in crepuſculis matutinalibus frigus, & in ſerotinis calorem, ſicut in autumno ſentitur. Sunt alioqui octo uenti, quorum quilibet declinat uerſus unum latus quatuor primorum, & uniuſcuiuſcꝫ complexio iſtorum octo, eſt ſecundum naturam illius ad quam declinat.

Hip. D. **Ver.** Principium temporis Veris eſt, quando Sol aſcendens, intrat primum punctum Arietis, uidelicet decimoquinto Martij. Cuius natura eſt temperata, propter inceſſum Solis ſuper lineam rectam æquinoctialis: & ultimum eius, quando Sol conſiſtit in ultimo Geminorum. Et tẽpus Veris continet tres menſes, propter tria ſigna: menſe uero ſecundo intrat Sol Taurum, uidelicet decimoquinto Aprilis, & egreditur in medietate Maij. Et quilibet illorum menſium, natura aſsimulatur alteri propter uicinitatem. Et ſic ſe habent omnia tempora.

Hip. D. **Aeſtas.** Principiũ Aeſtatis eſt, quãdo Sol intrat primũ gradum Cancri, uidelicet. 16. Iunij: finis uero eius, eſt, quãdo Sol eſt in fine Virginis. ſ. 16. Septembris. Menſis uero ſecũdi, Aeſtatis principiũ eſt, quãdo Sol intrat primũ gradum Leonis. 16. Iulij: & finis ipſius, quando intrat primum gradum Virginis. 16. uidelicet Auguſti. Cuius natura calida eſt & ſicca: eo quod Sol exiſtens in aſcenſu ſuo, quantũ plus eſt poſsibile uerſus Septentrionem incedit, ad cenith capitis noſtri, & calefacit nos. G. & Hippo. opinantur, quod principium Aeſtatis ſit, quando oritur Gallina, ſeu frons Tauri, & eſt principium meſsionis.

Hip. D. **Autumnus.** Principium Autumni, eſt, quando Sol incipit deſcendere, intrans principium Libræ. 18. uidelicet Septembris: tunc conuertitur Septentrio uerſus temperantiam, declinans ad meridiem: cuius ultimum eſt Sagittarij decimoquarto uidelicet Decembris. Menſe uero ſecundo eſt deſcenſus Solis in primum gradum Scorpionis decimoſeptimo uidelicet die Octobris. Vltimum ipſius eſt decimoquarto Nouembris. Huius uero natura temporis eſt frigida & ſicca, temperate: ſicca, propter ſiccitatem æſtatis remanentem: & frigida, propter adproximationem hyemis. Apta huc quę ſupra fol. 51. et ſeq. Cano. 40.

K 2



Ventus Meridionalis. Ventus Septentri. Ventus Orientalis. Ventus Occidentalis. Ver. Aeſtas. Autumnus.

Demutatione Aeris, occaſione temporũ, & partiũ ciuitatum. Seu de regionib. epidimijs, & cum præſeruatiua. — Iuuamenta rationabilia.

| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Numerus. | Nomina. | Natura. | Gradus. | MELIVS EX RE ipſa quam quæris. | IVVAMENTVM eius. | NOCVMENTVM eius. | REMOTIO Nocumenti eius. | Quid generat. | Cõplexiones. | Aetates. | Tempora. | Regiones. |
| 174 | Hyems. | Frigida, & humida. | o | Contigua Veri. | Meliorat digeſtiones. | Generant flegma. | Calefactio cũ igne, uel ueſtimento, ſeu balneo. | o | Cali. & ſicc. | Iuuenibus. | Non proportionata ei. | Maritimis. |
| 175 | Regio ſeptētri. | Frigida, & ſicca. | o | Habẽs bonas aquas, & terram ſuperficiei bonam. | Inducit fortitudinẽ, & prudentiam. | Pectoribus ſtrictis. | Cum obtẽperatione menſium. | o | Cali. & humi. | Iuuenibus. | Aeſtati. | Calidis. |
| 176 | Regio meridio. | Calid. & ſicc. (in alio, humi.) | o | Diſtans a mari, & appropinquans ſeptentrioni. | Inducit largitatem, et alacritatem. | Variolis & morbillis, digeſtioni, et intellectui. | Confortãdo ſtomachum, & caput | o | Frigi. & ſicc. | Senectuti. | Autumno. | Exiſtẽtib. iuxta polũ Septẽtriona. |
| 177 | Regio orientalis. | Temperata. | o | Septentrionalis, circa partẽ meridionalẽ, habens interpoſitionem. | Fere oĩnibus uirtutibus. | Quia multorum fulgurũ, & terræmotuum. | Cum receſſu in ſubterranea. | o | Temperatis. | Omnibus. | Veri. | Orientalibus. |
| 178 | Regio occidēta. | Variabilis temperanter. | o | Inſulæ Alabor. | Manifeſtationi minerarum. | Complexiones deuiare facit. | Cum rectificantibus ipſas. | o | Temperatis. | Senectuti. | Veri. | Septentrionalibus. |
| 179 | Aër epidimitus. | Malum periculoſum. | o | Cuius nõ corrumpitur ſubſtantia. | Deſtructioni inimicorum. | Animalibus terræ naſcentibus. | Cum fumigationibus contrarijs. | o | Nullis. | Nullis. | Malis omnibus. | Malis uniuerſaliter. |
| 180 | Tyriaca. | Calida, & ſicca. | o | Quæ liberat gallum toxicatum. | Tuſsi, & ægritudinibus fri. & ſicc. (alias, toxicis.) | Vigilijs. | Cum infrigidãtibus, ſicut aqua hordei, & ſimilibus. | o | Frigi. & humi. | Senect. & ſenio. | Hyemi, & tẽpori opportuno. | Vbi nocumentum. |





Opiniones Philoſophorum. — Electiones, & Proprietates.

Hip. D. **Hyems.** Initiũ Hyemis, eſt deſcenſus Solis in principiũ Capricorni: & eſt finis declinationis eius uerſus medium Decẽbris: & ultimũ eius eſt deſcenſus uerſus extremitatem piſciũ in Martio, ubi eſt circulus aſcenſionis meridionalis. Initiũ uero eſt menſis ſecundi, exiſtentia Solis in Ianuario: & ultimũ in Februario. Et poſsibile eſt, quod unus circulus uenit uno die ante, uel poſt, cuius natura eſt frigida & humida, propter elongationem Solis a cenith capitis. Hipp. uero opinatur, quod principium eius ſit, quando occidit Gallina, ſeu frons Tauri, quod eſt tempus ſeminandi.

Hip. D. **Regio Septentrionalis.** Regiones exiſtentes ſub polo Septentrionali, ſicut Sclauonia, & ſimiles, ſunt fortis frigiditatis, & ſiccitatis: quarũ incolæ ſunt ampli pectoris, & prudentes, et horribilis diſpoſitionis propter occultationẽ caloris: & ſunt ſubtiliũ tibiarũ, propter exceſſum caloris ipſius, ab extremitatibus, & ſunt tamẽ longæ uitæ, propter bonã digeſtionem ipſorũ: & ſunt parum bibentes, eo quod multum comedunt: quorũ mulieres ſunt ferules: eo quod non mundificantur a menſtruis, propter frigiditatem aquarum, quibus utuntur: & ſunt pauci lactis, & difficilis partus: & earum eſt ſtrictus uenter.

Hip. D. **Regio Meridionalium.** Regiones exiſtentes ſub polo meridionali, ſicut Aethiopia, ſunt fere contrariæ diſpoſitionibus ſeptentrionalibus, quarũ complexiones ſunt calidę & humidæ, multarum corruptionum: quarum aquæ ſunt turbidæ, & ſalſæ: & colores incolarũ ipſarum ſunt nigri: quibus feſtinat ebrietas, propter debilitatem capitis, & humiditatem ipſorum: ad quorum uiſcera multum deſcendit flegmatis: ex quo minuitur appetitus, & debilitatur ipſorum digeſtio, frigiditatem ipſorum prædicta augente. Quorum & diſpoſitiones ſunt ſuaues, uitæ breuis, & uentres molles: propter malam digeſtionem.

Hip. D. **Regio Orientalium.** Regionũ Orientalium, aër eſt clarus, & temperatus ſicut Ver: uerumtamen declinans ad ſiccitatem. Quarũ cibi ſunt temperati, & aquæ dulces, claræ: eo quod Sol non diu moratur ſuper eis, ut efficiantur ſalſæ: nec elongatur ab eis, ut fiant turbidæ: quarũ regionum incolarum colores ſunt albi, mixti rubori, & corpora pinguia, uoces claræ, ægritudines paucæ, figuræ pulchræ, ſomnia ſublimia, frutices multi, arbores grandes. Natura gnaui & prudentes, propter temperantiam qualitatis ipſarum, quinimo ſunt gentes ſuauitatis & quietis.

Hip. D. **Regio Occidentalium.** Aër declinans ad caliditatem & humiditatem, non eſt clarus: quarum cibi ſunt calidi, aquæ turbidæ: eo quod Sol non oritur mane ſuper eis. Quarum in æſtate aëris eſt frigiditas, & ſero caliditas Solis, ſicut accidit in autumno. Propter quod uirtutes eorum ſunt debiles, & colores ipſorum mali, & ægritudines multæ. Regionum uero mediarum inter has, complexio eſt mediocris, cuius natura ſimilis eſt, naturæ illius cui adproximat, cum diminutione aliqua.

Hip. D. R. **Aër epidimitus.** Cum fuerit aëris odor horribilis, & aderit multiplicatio uariolarum, & ægritudinum corruptarum & mortalium, morandum eſt in criptis, ſeu in domibus ſubterraneis, & ſiccis, & in manſionibus, longe uidelicet ab habitationibus: & loca ſunt roranda cum aceto, & ſuffumiganda cum thure, & folijs myrti, & ſandalis: & comeſtio eorum aſsiduetur cum aceto præparata. Et etiam potatio aceti lymphata. Et euacuentur corpora, & mundificentur cum medicinis, & minutioribus Aſsiduetur & comeſtio boli armeni lori; & odoratio aquæ roſ. & Camphoræ.

G. Hip. **Tyriaca.** Completur poſt 10. annos, & operanẽ cum ea uſq; ad 30. annos, & finitur eius operatio in 40. Et cum aliquis morſus uenenoſe, biberit ex ea ſcyathũ unum, cum uino, & unxerit membrum morſum, confortat cor, & educit uenenum extra. Et incidantur membra morſa ſcorpionum, & ligentur ſuper eandem partem, & incipiat minuere ægrorum, & dare uinũ mixtum cum aloës. Et comprime carnes, & pone ſuper locum morſum. Et detur etiam in potu thus maſticatum ſigillatum, Luna in ſcorpione, in lapide Baſar inſculpta, fit figura ſcorpionis: Luna etiam exiſtente in ſcorpione, qui etiam unus ſit ex angulis aſcendentis. Et prouocat uomitum mox illius qui toxicatus eſt, cum lacte. Apta huic quę ſupra fol. 11. Cano. 39. 40.



Hyems. Septẽtrio. Meridies. Oriens. Occidens. Aër epidimitus. Tyriaca.

ET FORTE aliquis legens hunc Librum meum, dicet, quod uixi longo tempore, nec indigui auxilio huius libri: multoties enim immiſcui multa diuerſa cibaria in ſtomacho ſimul & ſemel, & accidit mihi contrarium diſpoſitionis eorum, quæ dicta ſunt: eo quod nõ euenit mihi inde niſi bonũ. Verũ ſi cogitaſſet dicens hæc, quod Deus dñs noſter, ſi condemnaret ſuũ peccatorem incontinẽti ex primo peccato, nullus peccaret. Si fur etiã puniretur de primo furto quod cõmitteret, nullus furaret̃. Et ſi cognouiſſet corpus humanũ ſimilari terræ. Nam quãdo cultor ſtuduerit ſuper culturã terræ, ſeminando bona ſemina, & irrigando eam aqua moderate, & extirpauerit uepres, & inutiles herbas, accreſcũt ei exinde prouẽtus: ſin aũt, ecõtrario. Si ergo terris hoc accidit, quid corpori humano? Si quis igit̃ hoc modo prædicto fuerit opinatus, contradicet ſentẽtiæ philoſophicali. Nam ſignũ eſt in hoc, quod Caui, uel Gaui, in uere comedũt herbas, & mundificant eorũ corpora uomitu. Et huic ſimile accidit pluribus aĩalibus. Et poſſibile eſt, q̃d aliquis infectus opponet contra ea quæ diximus, de operatione proprietatis, abſq; uia probationis: æſtimans, quod omnia probatione carentia, non ſint alicuius iuuamenti, propter quod non ſit curandum de eis. Nos uero dicimus, ꝙ non eſt de propoſito, neq; ſapientia, negligere iuuamentũ q̃d ex Syrupo acetoſo accidit ad extinguendam choleram, donec certificetur ex probatione de operatione eius: imo uti debemus eo, relinquentes inquiſitionem probationum, ſemper adhærẽdo operationi ipſius. Nec debemus ab aliquo labore huius Libri reprehendi: ſed parcatur nobis, & doctori noſtro: eo quod æſtimari debet ueraciter, quia ex toto ingenio, et cogitatione noſtra inquirentes, nullũ librum dimiſimus taliter ordinatũ, quẽ non legiſſemus cum præſentẽ librum compoſuimus, ad hoc quod approximaretur cordibus dominorũ, & amicoꝝ noſtrorũ. Rogabimus igitur Deum, ut perducat nos ad uiã congruitatis, et ꝙ præbeat nobis intellectũ habendi noticiam glorificandi, & laudandi eum ſicut ſuæ pertinet maieſtati, Amen.

## CANON AVTORVM
margine citatorum.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Al. | Albes | Buc. | | Filius Alb. | |
| D. | Dioſcorides | El. | Elken | Gab. | |
| Filius Mun. | | Filius Meſ. | | Gl. | Glous. |
| G. | Galenus | Gi. | Giptianus | Ia. | Iabes |
| Ha. | Hali. | H. | Hippocrates | Ioh. | Iohannicius |
| Ie. | Ieſu | Ieh. | Iehus | Iſ. | Iſaac |
| Io. | Ioannes | Ior. | Iordanus | Maſ. | Maſnoe |
| Iu. | Iudæus | Ma. | Maymo | Mu. | Muſeia |
| Meſ. | Meſue. | Mun. | Mundinus | Ra. | Raſis |
| Or. | Oribaſius | P. | Paulus | Schi. | Schiarchandi |
| Rog. | Rogerius | Ru. | Ruffus | The. | Theodoſius |



## LIBER ALBENGNEFIT Philoſophi, de Virtutibus MEDICINARVM, ET CIBORVM, translatus a Magiſtro Gerardo Cremonenſi de Arabico in latinum.

EX ANTIQVORVM LIBRIS, hunc librum aggregaui de uirtutibus Medicinarum, & Ciborum, in quo mentem meam diu fatigaui, & poſui eum occupatiõem meam, fundendo preces in eo, quod DEO ſublimi & glorioſo appropinquat. quia per ipſum iuuamentum cõmune, & proprium ſperaui, ultra id, quod in cognitione illius eſt de iuuamento in arte Medicinæ.

Medicinæ intentio, ſanitas.

Medicinæ autem intentio eſt, ſanitas: & eſt ſecundum duos modos. Primus modus, eſt cognitio complexionum corporum hominum. Secundus eſt, cognitio Medicinarum, & Ciborum, quorũ cognitione exiſtit ſanitatis permanẽtia in ſano, & ipſius reditio ſuper infirmum: & ſunt materia curationis per medicinam, & electionem eius. Qui autem uirtutem Medicinarum ſimplicium, et Ciborum cognitionem uult habere, eſt indigens cognitione uiarum quibus earum uirtutes, & ipſarum operationes inueniuntur.

Cognitio Medicinarũ & Ciborũ diſcitur octo uijs.

Et hæ quidem uiæ ſunt. 8. Vna earum eſt, ut ſit medici 1
na, cuius uirtutem experiri uult aliquis, uacua a qualitate adquiſita accidentali. cuius exemplum eſt in medicina ſimplici, aqua frigida, quæ per accidens corpus calefacit, quando ſuper ipſum funditur: quoniam infrigidat cutem, & aggregat eam, & inſpiſsat ipſam, quam ob rem coãrtantur uapores qui exſpirabant, quare calefacit corpus propter illud: ſicut aqua calida infrigidat per accidens, quoniam rarificat corpus, quare reſpirant uapores calefacientes, & infrigidatur corpus. Et ſecunda eſt, ut ſit æ- 2
gritudo, in qua experitur medicina ſimplex. ſicut febris ethica. Et tertia 3
eſt, ut ea medicentur ægritudines contrariæ, donec certificetur. Et quarta 4
eſt, ut ſit uirtus medicinæ æqualis uirtuti ægritudinis, quæ cum ea medicatur, donec declaretur operatio eius in ea ſufficienter. Et quinta eſt, ut 5
conſyderetur operatio medicinæ, an ſit operatio eius in calefactione, & infrigidatione hora qua recipitur. Nam ſi non calefacit niſi poſt ſpacium, cum in principio infrigidauerit, tunc calefactio eius non eſt niſi per accidens: & ſimiliter etiam ſi non infrigidat niſi poſt ſpacium, & iam in principio rei calefacit, tunc infrigidatio eius non eſt niſi per uiam accidẽ-
tis. Et ſexta eſt, ut conſyderetur operatio eius in omni corpore, & in oñi 6
hora, quare eſt eius infrigidatio, & ipſius calefactio una res ſemper. Nam ſi eſt ita, tunc operatio eius eſt per naturam: & ſi non eſt ita, tunc operatio
eius eſt per accidens. Et ſeptima eſt, ut ſit calefactio medicinæ in illa re, ad 7

quam comparatur calefactio eius, aut ut ipſius infrigidatio non ſit in alia.
Nam ſi non comparatur calefactio eius, niſi ad corpus hominis, tunc o-
portet, ut dicatur, quia calida eſt ex uia qua calefacit corpus hominis, non
propterea quod faciat illud in alio animali. Nam non oportet propterea
quod Iuſquiamus infrigidat corpus hominis, ut infrigidet corpus Tur-
dorũ, quibus eſt cibus. Non oportet propterea, quod Nigella ſoluit ho-
minem, & non nutrit ipſum, ut ſoluat Coturnicem, cuius cibus eſt. Et o-
leum nutrit hominem, et non interficit ipſum, ſed interficit omne animal
8 cui non eſt ſanguis. Et octaua eſt, ut diſtinguatur inter medicinam, & ci-
Medicina. bum. Sciatur ergo, quod Medicina eſt illud, quod calefacit corpus, aut
Cibus. infrigidat ipſum. Et Cibus facit id: quoniam addit in ſubſtantia cor-
poris, & augmẽtat ipſum. Inquit G. Nos nominamus totum, quod facit
ſtare ſubſtantiam noſtram, & augmentat nos, Cibum: & totum quod
mutat naturam noſtram, Medicinam nominamus.

Viæ aliæ co- Et ex uijs iterum quibus extrahuntur uirtutes medicinarum, & cibo-
gnitionis Me- rum ſunt iſtæ aliæ, & ſunt iſtæ quinq;, quæ ſtant loco eius utenti eis, quo
dicinarum, & dicatur operatio eius, et quo multiplicabitur ratiocinatio. Vna earum eſt
Ciborum. 1 uia ſumpta ex uelocitate alterationis rei, & difficultate alterationis eius.
2 Secunda uia eſt ſumpta ex uelocitate cöagulationis eius, & difficultate
3 4 cöagulationis eius. Tertia eſt uia ſumpta ex ſapore rei. Et quarta eſt uia
5 ſumpta ex odore rei. Et quinta eſt uia ſumpta ex colore rei. Prima autem
quæ eſt ex uelocitate alterationis, & difficultate eius, eſt, quod omnis me
dicina cuius alteratio eſt uelox ad naturam ignis, eſt calida potentia. Ve-
rumtamen non eſt neceſſarium, ut illud ex medicinis, cuius eſt hæc uia,
calefaciat corpus hominis, imo non oportet neceſſario: niſi quando eſt
ſubtilis ſubſtantiæ, ſolidum, durum, in quo non ſunt ſuperfluitates, uel
uacuitates: quoniam non eſt groſſę ſubſtantiæ, aut quæ eſt rari corporis,
poſsibile eſt ignis reſoluat illud, & conuertat illud uelociter ad naturam
ſuam, et caliditas corporis non faciat illud cum eo: fit ergo per hanc cauſ-
ſam, ꝙ non calefacit corpus. Et ſcitur, quod medicina, in qua agunt duæ
caliditates, caliditas ignis, & caliditas corporis hominis, non eſt niſi ſubti
lis ſubſtantiæ, rari corporis: ſed caliditas ignis poteſt ſuper illam, & uin-
cit eam uelociter. Hoc cognoſcitur duabus rebus: quarum una eſt Ole-
um, & altera eſt Arundo ſicca, et Pilus. In oleo quippe quando adproxi-
mat igni, inflammatur ab eo: & quando occurrit corpori hominis, non
calefacit ipſum calefactione manifeſta uelociter. Et ratio ꝙ oleum inflam
matur uelociter, et non calefacit corpus hominis, quoniã oleum eſt uiſco
ſum, groſſæ ſubſtãtiæ. Cum ergo occurrit corpori, adhæret ei, & fit dif-
ficilis ſeparatio eius ab ipſo: quoniam non eſt poſsibile, ut attenuetur, &
ſubtilietur per aërem uelociter, & penetret, & perueniat ad interiora cor-



poris: quia ſignificatio illius eſt, quia quãdoq; ponis in uaſe ſuper ignem
aquam & oleum, de quibus primo finitur aqua, remanet oleum ultimo:
& Arundo, et Pilus, quando occurrunt corpori hominis, non calefaciũt
ipſum. Et ſcitur, ꝙ quando medicina eſt quam præparat ignis, & non
calefacit corpus hominis, ex duabus rebus id fieri: quarum una eſt ſub-
ſtantia caliditatis, & ſecunda natura materiei. Ignis uero eſt ſubtilior res, Ignis calor,
& calidior, qui ſubmergit in corporibus: de proprietate cuius eſt, ut ad-
urat ea, donec perueniat ad profundũ eorum in ſpacio breui: & facilis fit
penetratio eius per ſeparationem partium eorum, & eorum ſubtiliatio-
nem, & conuerſionem eorum ad naturam ſuam. At uero caliditas cor- Calor corpo-
porum hominum, non eſt niſi uaporoſa, groſſa, debilis, non ualens age- ris humani,
re in eis hora qua occurrit eis, operatione qua reſoluat ea, & conuertat
ipſa ad naturam ſuam. Et omnia quidem, quæ calefaciunt corpus, indi-
gent, ut in eis agat caliditas corporis in primis, & mutet ea, donec ei red-
datur poſt illud, ꝙ calefaciunt corpus: hæc eſt ergo cauſſa, quæ eſt pro-
pter ſubſtantiam caliditatis. Cauſſa autem quę eſt ex natura materiei, eſt,
quod iſta duo, ſcilicet Arundo, et Pilus, non eſt in eis poſsibile, ut diui-
dantur, neq; trahãtur, neq; frangantur per attractionem, fractura qua fi-
ant in termino pulueris: omne uero de quo eſt uoluntas, ut calefaciat cor
pus, indiget, ut diuidatur in minores partes q̃ ſunt, donec fiat ei facile
ſuſcipere operationem caliditatis corporis, & impreſsionem eius in ipſo,
& mutationem eius, qua immutet ipſum: & ex cauſſa hac, quod calamus
fit aromaticus, calefacit corpora hominum, plus q̃ faciat ea ex ſpeciebus
calami quæ ſunt apud nos. Secunda uia eſt ſumpta ex uelocitate coagula Velocitas, &
tionis, & difficultate eius. Dico ergo, quod duæ iſtæ uiæ ſunt neceſſariæ difficultas co
in inquiſitione de uirtutibus medicinarum & ciborum. Verũtamen pri- agulationis,
ma quę eſt ſumpta ex uelocitate alterationis eius, & difficultate eius, non
eſt neceſſaria, niſi in conſyderatione in eſſe medicinarum calidarum po-
tentia. Et ſecunda quæ eſt ſumpta ex uelocitate cöagulationis, & difficul-
tate eius, non eſt neceſſaria, niſi in conſyderatione in eſſe medicinarũ fri-
gidarum potentia. Et ſecundum hoc, quando ſunt duæ res, quarum eſſe
in groſſitudine ſubſtantiæ & ſubtilitate eius, occurrit ſecundum ſimilitu
dinem unam, tunc illa earum quæ difficilius ſumit cöagulationem per fri
gus, eſt certe frigidioris complexionis: & quando ſunt duæ res, quarum
eſſe in ſubtilitate ſubſtantiæ, & groſſitudine, non occurrit ſecũdum ſimi-
litudinem unam, tunc ſi eſt groſſitudo ſubſtantiæ unius earum ſecũdum
frigiditatem alterius, utræq; ſimul cöagulantur ſecundum ſimilitudi-
nem unam: uerũtamen unam earũ, & eſt illa, quæ eſt groſſioris ſubſtan-
tiæ, æſtimat aſpiciens eam, quia eſt uehemẽtis cöagulationis. & cauſſa in
illo eſt, ſubſtantiæ groſſæ: quãuis frigus complexionis unius earũ, ſit ue-

hementius groſsitudine alterius. Et in illis, quæ ſecundum contrarium ſunt, non eſt poſsibile ut ſit coāgulatio carū, utraqꝫ in quantitate temporis unius, imo oportet ut illa, quæ ex duabus illis eſt frigidioris complexionis, aut groſsioris ſubſtantiæ, cōaguletur in ſpacio temporis minoris, & ſit coagulatio illius, quæ eſt minoris frigoris, et minoris groſsitudinis aliarū, in ſpacio temporis longioris. Et ſimiliter etiā occurrit res in hoc, ut ſit una earum durior multum, & durior parū, comparatione ſua: illud enim non accidit ei, niſi ſecundū quātitatem ſuperfluitatis eius, in uno duorum modorū neceſsario. In tertia uero, quæ eſt uia ſumpta ex ſapore rei quæ guſtatur, dico: quia cum corpora ſint compoſita ex elementis, & elementa ſint inæqualium quantitatū in compoſitione corporum, propter diuerſitatem quantitatū elementorum, et in omni compoſitione corū ſint proprietates multæ, & fiant ſaporibus etiam, propter diuerſitatem quantitatum harū, proprietates multæ, & cum ſint ſapores multi, neceſſarium fuit inſtrumentū, quo diſtinguatur inter illum qui ex illis eſt cōueniens corpori, et illū qui eſt incōueniens corpori. Poſuit ergo Creator benedictus, & ſublimis illud inſtrumentū, ſcilicet Linguam, & poſuit eam multi ſenſus: & poſuit illud quod continuatur ei ex numeris, multi numeri: quod eſt, quia continuātur ei. 7. numeri: ut propter illud, quod eſt ei de ſuperfluitate ſenſus, diſtinguat̄ per eam, inter illud quod occurrit ei de calido, frigido, humido, ſicco: & diſtinguatur inter incōueniēs, & cōueniens corporis: & cum res cōuenientes corpori ſuperfluant, et ſint quędam earum plus cōuenientes naturæ corporis, & quędam earū minus diuerſæ naturæ corporis, oportet ut ſint etiā quædam earū plus diuerſæ naturæ corporis, & quædam earū minus, ut ſint qualitates rerū quæ guſtantur multæ, ſcilicet ſapores earum. Dico ergo, quod qui ex ſaporibus ſunt compoſiti, ſunt infiniti, qui non fiunt, niſi ab additione, & diminutione in compoſitione. Singulares autē, & ſimplices ſunt octo, & ſunt, Ponticitas, Amaritudo, Acuitas, Acetoſitas, et Stipticitas, Salſedo* Humectuoſitas, et Dulcedo. Et ſunt iſti guſtus ex diuerſitate ſubſtantię corporis, quod guſtatur in ſubtilitate, & groſsicie: & ex diuerſitate complexionis eius. Diuerſitas autem ſubſtantiæ corporis eſt: Quoniam ſi eſt groſsa, fit cauſsa groſsiciei eius aut dulcis, aut ponticus, aut amarus. Et ſi eſt ſubtilis, fit cauſsa ſubtilitatis eius aut acutus, aut acetoſus, aut unctuoſus. Et ſi eſt media inter ſubtilitatem, & groſsiciem, fit aut ſtipticus, aut ſalſus. Ex diuerſitate complexionis quoqꝫ: Quoniam ſi complexio ſubſtātiæ calida eſt, fit guſtus eius amarus, aut acutus, aut ſalſus. Et ſi complexio eius eſt frigida, fit guſtus eius, aut ponticus, aut acetoſus, aut ſtipticus. Et ſi complexio eius eſt media inter calidum & frigidum, fit ſapor eius, aut dulcis, aut unctuoſus. Compoſitio autem ſpecierum ſubtilitatis ſubſtantiæ, & groſsitudinis

Iudiciū rei per Saporem.

Sapores ſimplices ſunt octo.

Alias, unctuoſitas.



eius cum ſpeciebus, caliditatis complexionis ſubſtantiæ, & frigiditatis eius facit nouem ſpecies compoſitionis. Quarum una eſt ſpecies cui non eſt Sapor ex corporibus: & eſt media inter ſubtilitatem partium, et groſſitudinem earum, & inter complexionem frigidam & calidam. Et octo ſpecies reliquæ, ſunt illæ, quibus fit guſtus. Nam ex compoſitione ſub-
ſtantiæ groſsæ, complexione frigida, generatur ſapor Ponticus. Ex com- 1
poſitione ſubſtantiæ groſsæ, complexione calida, generatur ſapor A- 2
marus. Et ex compoſitione ſubſtantiæ groſsæ, cum media complexio- 3
ne inter calidam & frigidam, generatur ſapor Dulcis. Et ex compoſiti- 4
one ſubſtantiæ ſubtilis, cum complexione frigida, generatur ſapor Ace- 5
toſus. Et ex compoſitione ſubſtantiæ ſubtilis, cum complexione calida, 6
generatur ſapor Acutus. Et ex compoſitione ſubtilis ſubſtātiæ, cum me- 7
dia inter calidam & frigidam, generatur ſapor Vnctuoſus. Et ex compo- 8
ſitione, inter groſsitudinem, & ſubtilitatem ſubſtantiæ mediæ, cum com
plexione frigida, generatur ſapor Stipticus. Et ex compoſitione ſubſtan- 9
tiæ mediæ inter groſſitudinem, & ſubtilitatem, cum complexione calida, generatur ſapor Salſus. Dico ergo in diuiſione guſtiuum, ꝙ omne quod occurrit linguæ, aut non agit in ſenſu guſtus, aut agit in ipſo. Si ergo non agit in ipſo, nominatur Theſien, et eſt illud cui non eſt ſapor. Aut eſt ſimplex, ſicut aqua, quæ eſt elementum. Aut eſt corpus compoſitum, ſuper quod non uincit calor, neqꝫ frigiditas, ſed eſt temperatum. Aut eſt decliue parumper ab æqualitate ad frigus: ſicut ſunt medicinæ quæ nominantur opilatiuæ. Et opilatiuæ ſunt ſecundum duos modos. Modus primus eſt, terreſtris ſiccus, quod ex ſiccitate exſiccat corpus. ſicut Amylum, & Thucia, & Ceruſsa plumbi, & Climia, & Calx abluta, & Hemathites: quando abluitur unumquodqꝫ eorum decenti ablutione, et quæ ſunt eis ſimilia. Secundus eſt uiſcoſus humidus, qui humectat corpora. ſicut oleum ſaporitum, & albugo oui, & caſeus recens, et pingue ex corpore porci, & cæra ſaporita, abluta, colata: & ſicut malua agreſtis & domeſtica, & interior pars cucurbitæ, & raſuræ eius. Et iſta diuerſificantur in uiſcoſitate ſua. quoniam ſuper albugine oui eſt terreſtreitas magis uincens, & ſuper oleum ſaporitum aëreitas eſt magis uincens. Quod autem non agit in ſenſu guſtus, eſt, quoniam ſimplex eſt. ſicut aqua: & ſenſus eſt compoſitus. Simplex uero non efficit in cōpoſito operatione compoſiti: propterea, quod nulli rei agenti naturali ineſt ut agat, niſi in eo quod eſt ſimile ei potētia, ut extrahat illud ad effectum: neqꝫ paretur ei, etiam quod eſt ſimile ſimiliter, qa non recipit niſi quod in eo eſt potentia. Saporem autem ſimplicem, impoſsibile eſt eſse in compoſito, neqꝫ potentia, neque actu: & propter illud non recipit ipſum, neqꝫ alteratur ad eum, ſicut eius alteratio ad compoſitum, ex eo, propter conuenientiam eius ad ipſum in

Nouem ſunt ſpecies cōpoſitionis ſubtilitatis ſubſtantiæ, & groſsitudinis eius.

Medicinæ opilatiuæ.

Iſaac in dietis. Simplicia nō agunt in compoſitis, quod compoſita in compoſitis.

compoſitione. Quod ſi agat illud, quod occurrit linguæ in ſenſu guſtus
aliquid nunc ipſum, aut facit in eo nocumētum, aut in eo delectationem.
Quod autem facit in eo delectatiōem, eſt illud, quod eſt decliue ei, quod
delectat ipſum, & eſt ſimile complexioni corporis hominis, & eſt calidū
& humidum, cum æqualitate: facit ergo in lingua ex delectatione ſimile
ei, quod in reliquo corpore, ex delectatione, quādo occurrit ei aqua tepi-
Sapores octo. da. Illud autē quod eſt ſecundū hanc complexionem, ſcilicet aqua, ſuper
ipſum magis eſt uincens, nominatur Dulce. Et ſi aër ſuper ipſum eſt ma-
gis uincens, nominatur Vnctuoſus. Et omnis cibus delectationum, non
nocens ſenſui, eſt aut dulcis, aut unctuoſus, aut utrumq; aggregat ſapo-
rem. Qui autem ex cibis eſt, quem cooperit alius ab iſtis duobus, non aſ-
ſimilatur, & non adminiſtratur, niſi cibus, & medicina. Qui autem efficit
læſionem in lingua, trahit ipſam, mordicando eam: uel per inordinatio-
nem, quam facit. Sed mordicatio eſt ſpecies ſolutionis continuitatis, quæ
per ſuperfluam ſeparationem, ſicut calidum efficit, aut per ſuperfluam ag
gregationem ſicut frigidum. Separatio autem calidi, aut eſt cum groſsitu
dine, et terreſtreitate, aut cum ſubtilitate & igneitate. Et ſeparatio quidem
calidi cum groſsitudine & terreſtreitate, aut eſt talis, quæ ſeparat uehe-
menter, & nominatur Amarus. Aut talis, quod ſeparationem efficit in-
fra uehementem: & nominatur Salſus. Et ſeparatio calidi cum ſubtili-
tate, & igneitate, nominatur Acutus. Et aggregatio quidem frigidi, aut
eſt cum groſsitudine, & terreſtreitate, aut cum ſubtilitate, & aquoſitate.
Aggregatio uero eius cum groſsitudine & terreſtreitate, quando uehe-
mentem efficit aggregationem, nominatur Ponticus: & ſi facit aggrega-
tionem, quæ ſit infra uehementiam, nominatur Stipticus. Aggregatio ue
ro frigidi cū ſubtilitate & aquoſitate, nominatur Acetoſus. Iam uero ma-
nifeſtū eſt, quod Sapores ſunt octo. Amarus, Salſus, & Acutus, & Pon-
ticus, & Stipticus, & Acetoſus, & Dulcis, & Vnctuoſus.

Iam illud quod aggregat linguam, et exſiccat eam, et cōartat eam, et ex-
aſperat: et non in eo quod apparet tantum facit aggregationem æqualem
a boni latere, ſicut frigidum, imo facit aggregatiōem uſq; in profundum
eius inæqualem, & propter illud facit aſperitatem eius, & exſiccat eam: ſi
facit has operationes operatione forti, nominatur Ponticus. Et ſi facit o-
perationem ut fortem, nominatur Stipticus. Et quādo non efficit aliquid
horum quod diximus, imo contrariū illius, & abluit linguam, & abſter-
git quod eſt in ea, donec ſibi adhærent aliqua ex rebus ſtipticis, & abſter
git eam, & abluit ipſam, nominatur Salſus. Et ſi abſterſioni eius ſuperflui
tas uirtutis addat ſuper operationem ſalſi, nominatur Bauracus. Et quan
do abſtergit ſalſus & bauracus, donec exaſperat linguam exaſperatione
uehementi lædenti, nominatur Amarus. Et quando contingit, ꝙ occur-



rit linguæ, & facit in ea mordicatiōem, & corroſionem cum caliditate ue-
hementi, nominatur Acutus. Et quando mordicatio, quam facit, eſt ua-
cua a caliditate quam facit acutus, et cum illo facit in eo cui occurrit ſimile
ebullitioni, nominatur Acetoſus. Et quādo contingit, ꝙ quando occur-
rit linguæ, rectificat ex ea quod corruptum eſt, & ſedat, et lenit aſperita-
tem eius, & fit ſicut unguentū, quod replet uacuitates, et impinguat ma-
ciē: tunc ſi occurſus eius ad ipſam eſt cum dulcedine linguæ, nominatur
Dulcis: et ſi non delectat eam delectatione dulci, nominatur Vnctuoſus.
Et ſicut Bauracus eſt de genere ſalſi: ſimiliter ſuauis, uel ſaporitus eſt de
genere dulcis: quoniam efficit operationem duplicem ex lenificatione et
ſedatione. Verumtamen in ſuaui permiſcetur humiditas aquoſa multa,
& tunc minuit eum a dulcedine ſua.

Ponticus ergo eſt terreſtris, qui aggregat & incidit, & conſtringit po-
ros, ſicut coria præparant: et præparat, & ingroſsat, & infrigidat, et exſic-
cat. Et Amarus eſt terreſtris, calidus, igneus: qui mūdificat meatus, et abſ
tergit, & ſubtiliat, & incidit groſsiciem, & calefacit nō uehemēter, et præ
parat ſanguinē ad aduſtionem, & maliciā, & multiplicat in eo choleram
citrinam: quoniā calefacit ſanguinē, & exſiccat ipſum exſiccatione & cale
factione forti. Acutus eſt igneus: qui ſubtiliat, & mūdificat, & calefacit ue
hemēter, et attrahit, & adurit, et reſoluit. Et Acutus calefacit plus q̃ Ama
rus. Propter illud ergo exſiccat caliditatem, & inflāmat corpus ualociter,
& adurit ſanguinem, & mouet ipſum, & facit declinare ipſum in primis
ad choleram citrinā: deinde ad melancholiam. Et Acetoſus eſt frigidus,
& aquoſus: uerūtamen non eſt cum frigore forti: choleram refrænat, &
ſanguinē, et ſtringit uentrem, quādo ſtomachus & inteſtina ſunt mūda,
& ſubtiliat ea: et ſoluit ipſā, quādo ſunt in eis flegmata multa: et infrigidat
corpus, & incidit, et ſubtiliat, & aperit, et mundificat meatus: & expellit,
& infrigidat in toto illo. Stiptici uero operationes, ſunt infra operationes
Pontici: qui infrigidat corpus, & exſiccat ipſum, et minuit carnem eius,
& ipſius ſanguinem, ſi aſsiduetur: & confortat ſtomachū, et ſtringit uen-
trem: & generat ſanguinem melancholicum: & infirmat magnitudinem
factam in hepate proprie: & nocet neruis, et membris neruoſis omnibus,
& ſuperfluit in exſiccatione corporis. Verūtamen excitat appetitum ad
cibum fortitudine ſua. Salſus uero eſt terreſtris, calidus, ſicut in igne: qui
adgregat, et opilat, & exſiccat: præter quod calefacit uehementer. Dul-
cis, calidus, temperatus in illo mollificat & digerit: præter quod calefa-
cit manifeſte: & ſoluit uentrem, et mollificat ſtomachum: & conueni-
ens pectori, & pulmoni, tenerum efficit corpus, et multiplicat ſperma:
& aſsiduatio eius multiplicat choleram, et ſanguinem, & commouet æ-
gritudines factas ex eis, et generat opilationes, & apoſtemata in hepate,

& in ſplene: & præcipue quando membra ſunt præparata ad illud: ſicut fit in febricitantibus et habentibus hepata calida. Vnctuoſus uero eſt aquoſus, et aëreus: qui humectat et lenit, et mollificat ſtomachũ, preter q̃d calefacit manifeſte: et mollificat ſtomachũ, et ſoluit uentrem, et ſanat uelociter ante ſufficientiam cibi: et præcipue febricitantes, et habentes hepata calida, et ſtomachum calidum: et lenit uentrem, et humectat ipſum, et addit in flegmate, et retardat cogitationem, et multiplicat ſomnum. Et dico, quod Ponticus et Acetoſus, in frigore ſunt æquales: uerumtamen Ponticus eſt groſſus & terreſtris, et Acetoſus eſt ſubtilis, aquoſus. Et plurimũ operationis Pontici, eſt in manifeſto corporis: quoniam eſt tardæ penetrationis: et plurimæ operationis Acetoſi, eſt in profundo corporis: quoniam penetrat uelociter in corporibus ſenſibilibus. Dulcis autẽ et Amarus, ſunt calidi: uerumtamen Dulcis in caliditate ſua eſt humidus, et ſimiliter unctuoſus: et propter illud ſunt conuenientes naturæ hominis, nutrientes ipſum: cum corpus hominis ſit temperatũ in caliditate, et humiditate. Amarus autem eſt calidior Dulci, et ſiccior eo. Quoniam quando ſuperfluitas fit in decoctione, eſt omnis dulcis cum igne: aut decoquit ipſum, et uincit ſuper ipſum amaritudo, et inueniuntur amarus & dulcis abſtergentes: uerumtamen dulcis abſtergit abſterſione temperata, et non ſoluit continuitatem, imo humectat: et amarus abſtergit abſterſione inæquali, et ſoluit continuitatem: & quoniam ſoluit continuitatem, non delectat, ideo lædit: uerumtamen caliditas eius minor eſt caliditate acuti, & eſt groſſus, ſiccus, terreſtris. Cum ergo ponitur in ulceribus, abſtergit ea, et minuit carnem natam in eis: et quando bibitur, incidit groſſitudinem ſuperfluitatum quæ ſunt in uenis: et propter illud prouocat menſtrua, et iuuat ad exſpuendum ſaniem, et humiditatem groſſam ex capite, et pectore, & confert ſodæ. Et ſignificat ſuper ſiccitatem eius, quoniam non putreſit, neq; generantur ex eo uermes, neq; nutrimentum fit ex eo, quando eſt amarus pure. Acutus autem et Salſus ſunt etiam calidi, ſicci, ſicut Amarus: uerumtamen Acutus eſt plus calidus, & ſubtilior eorum, quoniam eſt igneus: et propter illud corrodit, et adurit, & liquefacit. Sed Salſus eſt terreſtris, calidus: uerumtamen caliditas non efficit in eo operationem ſuam, quam efficit in Amaro, neq; ſubtiliat eum cum ſubtilitate, qua ſubtiliat Amarum: & propter illud Salſus eſt minoris caliditatis quam Amarus per gradum. Fit ergo Salſus in gradu ſecundo, et Amarus in gradu tertio.

Quatuor Gradus.

Antiqui autem contenti fuerunt, ut ponerent quatuor Gradus in uirtutibus Medicinarum, & Ciborum. Cum ergo auditur ſermo eorum, calidum, aut frigidum, aut humidum, aut ſiccum: ipſi non uolunt per illud, niſi comparatione ad complexiõem corporis hominis ſani: cum ſit com-



plexio temperatior complexionibus alijs, & propinquior eis ad æqualitatem, & medicationem qualitatum quatuor: & propter ſuperfluitatem corporis hominis, ſuper reliqua animalium corpora, ligatur cum eo intelligentia: & propter ſuperfluitatẽ anĩalis ſuper plantas, adiuncta ei eſt ſenſibilitas. Plantis uero facta eſt materia, et ſimiliter uirtutes animæ, & eius operationes apparent in meliore, plus q̃ ſit earum apparitio in deteriore. Cum ergo inuenitur ex iſtis medicinis, et cibis aliquid, quod non imprimit in ſenſum, neq; fugat ipſum aliqua ſpecierũ fugæ, tunc ipſum eſt conueniens corpori hominis. ſicut aqua tepida. Nam propter conuenientiam ſuam complexioni corporis hominis in æqualitate, inuenimus ſenſum delectari tempore eius, et recipit eius deſyderiũ.

Primus.

Et quando inuenis aliquid, quod in ſenſu aliquam efficit impreſſionẽ, ſed tamen illa impreſſio eſt ſine læſione, neq; eſt horribilis naturæ: tunc ſcias, quia iam receſſit a cõplexione corporis hominis in quantitate, quæ apparet ex eo, per gradum unũ, et eſt primus: & quod in eo eſt, mutat corpus ab æqualitate: uerumtamen non mutat ipſum mutatione manifeſta, quare indiget in mutatione eius tempore. ſicut eſt dulcedo, et unctuoſitas: utræq; enim ſunt calidæ in primo gradu.

Secundus.

Et quando inueneris illud cuius additur impreſſio, & fugat ſenſum manifeſte, quamuis, uel ſi non appareat ei nocumentum, neq; dolor, ſcias quod iam additur reflexio eius a complexione corporis hominis per duos gradus, et eſt ſecundus: & quod in eo eſt, eſt q̃d mutat corpus mutatione manifeſta, quæ non eſt cum uehementia, ſicut Salſedo, et Acetoſitas: uel ita ut Salſedo eſt: uel ſit in gradu ſecundo caliditas, & Acetoſitas in gradu ſecundo frigiditatis.

Tertius.

Et quando inuenis aliquid cuius impreſſio iam addit uirtutem & multiplicatur, et facit dolorem, et læſionem, et fugat ſenſum fuga forti, ſcimus quod reflexio eius ad complexionem corporis hominis iam ſit ad tertiũ gradum: uerumtamen quamuis mutet corpus mutatione uehementi, tamen non eſt corrũpens ſicut Amaritudo. Ipſa nanq; eſt in gradu tertio caliditatis.

Quartus.

Et quando inuenis aliquid cuius operatio additur, et ſuperfluit: donec corrumpit complexionẽ corporis hoĩs, per ſuperfluitatẽ ſeparatiõis, ſi eſt calidũ, aut per ſuperfluitatẽ adgregationis, ſi eſt frigidũ, ſcimus quod reflexio eius a cõplexione corporis hoĩs iam ſuperfluit, et addit, et peruenit ad quartũ gradũ: et eſt q̃d mutat corpus mutatiõe corrũpente: ſicut acuitas. Ipſa eñ corrũpit cum aduſtione, et eſt in quarto gradu. Inquit G. Siccitas quãdo eſt in quarto gradu, efficit operationẽ acuitatis. Antiqui uero cõuenerũt ſuper hoc, ut ſtarent apud gradũ .4. et non cogitauerũt in eo quod eſt poſt eum: q̃a non inuenerũt ad illud formã conuenientẽ in operatione, in qua poſſibile eſſet cogitationẽ incedere: uerũtamẽ diuiſerũt hos quatuor gradus in tres ordines: primũ, et mediũ, et poſtremũ. Dixerũt ergo principiũ

gradus, et medium eius, et poſtremū eius. Verūtamen poſſibile eſt, ut ſint
inter hos tres ordines, media occulta ſenſui corporeo, et propter illud di-
miſit intellectus eorū remorationē, et non fecit ſuper ea cadere nomen.

4. Odor Quarta eſt, quæ eſt ſumpta ex odore rei. Dico ergo, quod Odor ſecū-
dum plurimū eſt conueniens ſapori: quod eſt, quia plurimū uaporis im-
primit ĩ ſenſum olfactus, ſicut ĩprimit ſapor in ſenſum guſtus. Verbi gra-
tia: ex aceto, et omnibus rebus acetoſis, et acutis, ſicut alliū, et cepæ, ſuſci-
pit ſenſus & olfactus ſimile ei quod recipit ſenſus guſtus. Et in q̃buſdam
rebus diuerſis, fit odoratus a guſtu, et pręcipue in illis, quæ ex medicinis
ſunt boni odoris. Verbi gratia, Roſæ odor diuerſus eſt a ſapore eius.
Quod eſt, quia in roſa inuenit guſtus quiddam ponticū, et quiddā ama-
rum, et quiddam inſipidū, et aquoſum: et comprehendimus illud per gu
ſtum, et non cōprehendimus hos ſapores per odoratū. Verūtamen nos
cōprehendimus, quod omnis res habens odorem bonū, eſt calidæ cōple
xionis, ſubtilis ſubſtantiæ: quantitatē uero illius, aut eius compoſitionem
cū frigido, non ſignificat tibi olfactus: per guſtū uero eſt ſuper fiduciam
eius quod guſtas, et iterum odor non ſignificat, niſi ſupra illud, quod ex
uapore reſoluitur de medicina: ſed uapor non reſoluitur ex omnibus par
tibus odorati. Quod ſi reſolueretur ex eis omnibus, non eſſet motio eius,
qua mouet olfactum, et operatio eius in eo motio una, & operatio una.
Senſus uero guſtus non eſt taliter. Odor ergo antecedit ad ſenſum ol-
factus ex ſuperficie medicinæ: et non reſoluitur ex omnibus partibus rei
odoratus: et ſi reſolueretur ex eis omnibus, non occurreret ſenſui olfa-
ctus in hora una. Et tu quidem, quando guſtas roſam, iudicas quod iſti
ſapores ſunt in ea: et quando olfacis eam, non iudicas quod ſunt in ea.

5. Color Quinta uero, quæ eſt ſumpta a colore rei, eſt, quia ſi roſa eſt rubea in
colore ſuo, & ceruſſa eſt alba, non tamen omne rubeum eſt calidum,
neque omne album eſt frigidum. Nix enim & Calx, et Sambucus, &
Piper album, et Gipſum, et Zuccarum, et Elleborus albus, et Amylum,
& lac, omnia iſta albi ſunt coloris, diuerſarum uirtutum et contrariarum.
Iudicium ergo ſuper uirtutem medicinæ ex colore eius, longinquius eſt
a uerificatione, quàm iudicium ex calore eius. Cuius exemplum eſt il-
lud quod præmiſſum eſt, ex hoc, quod in colore uno ſunt medicinæ ca-
lidæ & frigidæ, humidæ & ſiccæ. Verum certificatur ex colore, quod
uinum, & mel, & cepa, & uua, & ficus, & quæ ſunt illis ſimilia, quanto
plus eſt unumquodque uehementioris albedinis, eſt minoris calidita-
tis: et omne quod eſt uehementioris caliditatis, aut rubedinis, aut ni-
gredinis, eſt decliuius ad caliditatem. Et ſimiliter Roſa, & quæ ſunt illis
ſimilia, Nam roſa quanto plus eſt uehementioris albedinis, eſt frigidi-
or. Et ſimiliter eſt in tritico, & fabis, & faſiolis, & lentibus, & cicere, et



omnibus ſeminibus & floribus. ſicut lilium album, et citrinū, et uarium.
Et quod eſt citrinū, aut rubeum, uehementioris eſt caliditatis, q̃ album.

¶ Sermo in adpropinquatione Medicinæ ex
C O R P O R E.

QVANDO uis cognoſcere uirtutem rei, tunc incipe, et experi-
re uirtutē eius cū re cui adiungitur: & oportet ut diſcernas me-
dicinā agentem cum ſubſtantia ſua, ex eo quod præceſſit ex
rememoratione noſtra de eo. Et uolo ponere aquam ſubiectam nobis, ut
inquiramus de ea. Nam qui ex uulgo infirmi ſunt, eam accipiunt, et ſani,
et uiuū indigens ea eſt. Comparemus ergo eam in primis ad corpus tem-
peratū, quod non eſt frigidum ualde, neq; calidum: deinde comparemus Aquæ operatio.
eam poſt illud ad illos; quorū naturæ ſunt malæ cōplexionis attempera-
mento exiſtētes. Quādo ergo facimus illud, inuenimus aquā infrigidare
corpus temperatū in tēpore longo: & infrigidat illud quod eſt malę com
plexionis uelociter, & præcipue, quando aqua eſt frigida: quando uero
aqua eſt calida, infrigidat ipſum cū tarditate. Et ſi cōpares aquā frigidam
ad corpus adoleſcentis, calefacit corpus eius tēpore paruo: & ſi appropin
quas eam ad illū, qui habet ægritudinē ſimplicem calidā, aut frigidam, ca
lidam ſimplicē, ſicut eſt febris ethica, et frigidam ſimplicē, ſicut febris acci
dens ex congelatione per niuē, infrigidat eū aqua infrigidatione manife-
ſta: & oportet ut non ſit frigus eius per accidens, ſed per naturā ſuam. for
taſſe enī ægritudo eſt compoſita, ſicut apoſtema calidū. Cum ergo appro
pinquamus ei aquā, efficit in eo operationem ſecundū modum natura-
lem: deinde facit in eo operationē aliam accidentalē: & quando ægritudo
eſt ſimplex, non efficit aqua in eo operationē accidentalem. Et tu quidem
experire operationē medicinæ ſimplicis, in ægritudine ſimplici, per ope-
rationē medicinæ cōpoſitæ, in ægritudine cōpoſita: & eſt opiū ſuper apo
ſtema calidū. Et medicina quidē compoſita, operatur in corpore plus, q̃
ſit opatio medicinæ ſimplicis. Exemplū quidē opationis cōpoſitæ in cō-
poſitis, eſt, pſiliū, quod plus infrigidat corpora noſtra, & abſcindit ſitim,
q̃ aqua: quāuis aqua in natura ſua ſit frigidior pſilio, quādo eſt puræ fri-
giditatis: quoniā eſt elementū, quod eſt ſimplex. Et propter illud cōuene
rūt philoſophi ſuper hoc, q̃d elemēta non nutriūt corpus oīno, neq; aſſi-
milant̃ alicui mēbrorū, niſi mediantibus plantis, et ſanguine. qm̄ Elemen Elemēta.
ta propter propinquitatē ſuam ad plantas, cōueniunt cū eis, et permutan
tur ad eas: et plantæ propter propinquitatē ſuam ad ſanguinē, aſſimilant̃ Plantæ.
etiā cum eo, & ꝑmutant̃ ad ipſum: & ſanguis ꝓpter propinquitatē ſuam Sanguis.
ad mēbra aīalis, aſſimulat̃ eis, & permutat̃ ad ea: qm̄ per eum eſt eorum
uirtus, & ipſorū eſſentia. Longiores uero res a cibo aīalis, ſunt elemēta:
cum ſint ſimplicia, quibus non ſunt ſapores: propter illud recipiunt ſa-

pores omnes, & apparent in eis: ſicut recipit aqua, cui non eſt color, oēs
colores: & propter illud facta eſt humiditas grandinea, quæ exiſtit: uiſus
ita, quod non eſt ei color, quare recipit colores: & facta eſt lingua ſine ſa-
pore, & propter illud recipit ſapores: & cum in interiore parte hominis
palmæ, eſt plurimum ſenſus tactus, & eſt temperatius quod ſit in cor-
pore. Cum ergo tu ponis aquam ſubiectum tuum, & non mentitur ſen-
ſus tuus, & tu quidem experire aquam, cuius uis experientiam, in primis
cum ſenſibus tribus: ſcilicet per uiſum, ne aqua ſit turbida: & per guſtū,
ne ſit ei qualitas ſalſa, aut alia: & per olfactum, ne ſit ei qualitas mala, fœti-
da. Cum ergo eſt taliter, eſt aqua primitiua, munda, pura: hæc eſt ergo
aqua frigida in natura ſua. Cum ergo tu calefacis eam, non eſt aqua ſola
per calefactionem calefaciens, & comburens etiam, ſed ſimiliter eſt opi-
um, & pomum dæmonis, & mandragora omnia, quando calefacis ea, &
appropinquas corpori hominis, calefacis ipſum & comburis illud, eti-
am quando ſunt ſuperfluæ caliditatis. Dico ergo, quod medicinæ omnes
quarum tu uis experiri uirtutes, quando tu ponis eas ſuper corpus ho-
minis, oportet, ut non ſit in eis caliditas accidentalis, & frigiditas, & non
aqua ſolum, ſed omnes res. Cuius exemplum ſit cæra, quam liquefacis
cum oleo ſaporito, & fricas eam, & infrigidas ipſam cum aqua, & ponis
eam ſuper membrum calidum: quare infrigidas ipſum, & humectas il-
lud: & non per frigus naturale, ſed per illud quod adquiſiuit ab aqua
frigida de frigiditate. Secūdum hoc ergo exemplum, inquire de rebus o-
mnibus: nam certificabitur tibi, quod uis de cognitione uirtutum medici
narum, & ciborum, quando approximabis corpori eius ex uirtute acci-
dentali. Et oportet ut diſcernat, qui uult cognitiōem uirtutum medicina-
rum, & ciborum illud quod dicitur in ea, ſcilicet ex eis experiri, quod eſt
calidum, aut frigidum potentia & actu. Calidum ergo actu, ſicut caliditas  Actus.
exiſtens in igne. Potentia uero, caliditas exiſtens in Piretro, & Caſtoreo,  Potentia.
& Pipere, & quæ ſunt illis ſimilia. Et frigiditas actu, eſt ſicut frigiditas exi
ſtens in glacie, & niue. Sed potentia frigiditas, eſt exiſtens in opio, & po-
mo dæmonis, & mandragora. Et intentio ſermonis noſtri cum poten-
tia, eſt, quod res præparata eſt, ut ſit in actu: & dicitur ſecundum duos
modos. Aut per hoc, quod mutatur. Aut illud, ut generetur. Muta-  Mutatio.
tio autem eius eſt, quando remanet ſpecies eius, ſed quod non remoue-  Generatio.
tur. ſicut cum res alba fit rubea. Generatio uero eius, quando altera-
tur, & conuertitur. ſicut panis fit ſanguis. Panis ergo eſt ſanguis poten-
tia: cum ergo alteratur, & conuertitur, fit ſanguis actu, & non remanet
panis, ſecundum quod fuit. Et oportet, ut diſcernat quod dicitur in re:
quia calefacit corpus ſecundum duos modos. Aut calefacit ipſum ita
quod addit in caliditate caliditatis eius, & augmentat eam. Aut quod ad-



dit in ſubſtantia eius. Si ergo addit in caliditate corporis, nominatur me-
dicina calefaciens actu, aut potentia. Actu, ſicut ignis. Et potentia, per ui-
am qua eſt medicina. Et hæc ſpecies, aut eſt propinqua. ſicut uenenum
Viperæ. Aut minus propinqua, ſicut Cantharides: & ſunt utræq; cor-
rumpentes corpus, & ſunt ex genere medicinarum interficientium. Plu-
rimum autem in propinquitate paucitatis ſunt, ſicut Euphorbium, et Pi-
retrum, & Caſtoreum. Et ſi addit in ſubſtantia corporis, tunc etiam eſt a-
ctu, aut potentia. Actu quidem, ſicut puer teneri corporis, quem applicat
homo pectori ſuo, donec occurrat ſtomacho eius. Potentia uero eſt, ſicut
cibus ſuperueniens corpori. Quod autem ſuperuenit corpori ex cibo,
eſt ſecundum duos modos. Veniens ita quod uincit eum corpus in pri-
mis, eſt cibus: deinde corpus uincit ipſum in poſtremo, & nominatur ci-
bus medicinalis. Et oportet ut diſcernat, quod medicinarum ſunt quatu-  Medicinarum
or genera. Primum genus eſt, quod non mutat corpus, & ipſum mutat  4. genera.
corpus. & hoc genus eſt perimens, aut cum caliditate. ſicut uenenum Vi
perarum: aut cum frigiditate, ſicut opium. Et ſecundum genus eſt, quod
mutat corpus, & corrumpit ipſum: & hoc genus etiā mutat, aut ita quod
attenuat & ſubtiliat. ſicut eſt illud quod accidit ex Iuſquiamo: aut ita
quod putrefacit. ſicut illud, quod accidit ex Cantharidibus: & hoc genus
etiam eſt corrumpens corpus. Et tertium genus eſt, quod corpus mutat,
deinde reddit ipſum, & mutat corpus & calefacit ipſum calefactione ue-
hementi, ſicut Euphorbiū, & Caſtoreum, & Piretrum, & Piper. Et quar-
tum genus eſt, quod mutat corpus in primis, deinde corpus poſt illud
mutat ipſum. Cum ergo mutat ipſum, addit ipſum in ſubſtantia calidita-
tis corporis: Si eſt ex rebus calidis, ſuperfluam caliditatē. ſicut cepæ, et al-
lium, & ſynapi, & quæ ſunt illis ſimilia. Quod ſi eſt ex rebus frigidis, ſu-
perfluam frigiditatem. ſicut lactuca, & ſimila hordei, id eſt, hordeum fra-
ctum in mola, & quæ ſunt illis ſimilia. Manifeſtum eſt igitur, quod gene-
ra medicinarum ſunt quatuor. Quoniam rei ſuperuenientis corporis uir
tus, ſi eſt comparata uirtuti corporis, & corpus agit in eam, deinde reddit
ipſam, & agit in corpus, tunc eſt medicina abſolute. Et ſi eſt fortior cor-
pore, donec non ualeat corpus agere in eam, neq; mutare ipſam, imo ipſa
eſt mutans corpus, tunc ipſa proculdubio eſt medicina corrumpens, in-
terficiens. Et ſi corpus eſt fortius ea, donec mutet ipſam, & ſoluat eam, do
nec aſsimilet eam ſubſtantiæ ſuæ, tunc ipſa eſt cibus abſolute: quoniā ci-
bus generat in membris corporis ſecundum diſpoſitionē aſsimilationis
ſuæ cum eo impreſsionem, & mutat ipſum poſt hanc mutationē. Et hæc
mutatio & impreſsio, eſt fortaſse manifeſta ſenſui: et fortaſſe non eſt ma-
nifeſta in principio rei, ſed declaratur poſt ſpacium longum. Et quod ex
cibo imprimit in corpus impreſsione manifeſta, nominatur cibus medi-

cinalis. ſicut lactuca ex frigidis, & allium ex calidis. Hæc enim duo antequam digerantur, mutant corpus. Lactuca igitur infrigidat, & propter illud dormire facit: & allium calefacit, & propter illud ſitire facit. Deinde utraqꝫ, poſtquam digeruntur, addunt in quantitate ſubſtantiæ corporis tantum, præter quod mutent ipſum in qualitate ſua.

Modi cognitionis uirtutũ Medicinarum & Ciborum.

Et oportet ut ſcias, quod cogitationi uirtutum Medicinarum, & Ciborum ſunt duos ordines. Ordo primus eſt, cognitio frigidi & calidi, & humidi, et ſicci. Et ſecundus ordo eſt, cognitio digeſtiui ex eis, & lenitiui, & indurantis, & opilatiui, & aperientis opilationem, & abſterſiui, & rarificatiui, & inſpiſſantis, et aperientis orificia uenarum, & conſtringentis ea, & comburentis, et putrefacientis, & minuentis carnem. et conſolidantis, & attrahentis, et albezearim, & ſedantis dolorem.

Sermo in MATVRATIVO.

MATVRATIVVM eſt calidum & humidum, cuius caliditas eſt æqualis ſuperfluitatibus quæ eo curantur, neqꝫ minuitur ex humiditate eius aliquid. Et maturatiuum quidem cum æqualitate * ſua corpori, in caliditate & humiditate ſua, oportet ut ſit opilatiuũ, uiſcoſum. quoniam quando ipſum opilat poros corporis, coärtat ſpiritum innatum, per quem fit digeſtio, et reliquæ operationes naturales. Et eſt ſicut oleum concuſſum cum aqua calida, & farina tritici decocta cum aqua calida, et panis, & oleum, et pinguedo porci, & pinguedo uituli, et pix, et reſina pini, et butyrum rubeum; ſcilicet coctum. Iſta quando coniunguntur cum oleo calido, & thus, et colofonia, et ſiſamum, iſta quando impinguantur, et caulis decoctus cum butyro cocto, et quæ ſunt illis ſimilia.

Sermo in LENIENTE.

LENIENS autem eſt calidum: uerumtamen eſt pluris caliditatis parũ, ꝙ corpus cuius lenit duriciem, & pluris ſiccitatis: & propter illud, quod membrũ quod indiget medicina leniente, eſt duricies: et duricies, quæ indiget medicina leniente, eſt accidens a chimo frigido, groſſo, & uiſcoſo: tunc indiget medicina in qua ſit caliditas, quę liquefaciat illum chimum, et reſoluat ipſum, & finiat eum: et non oportet, ut ſit caliditas eius ſuperflua: ut non finiat ſubtile et dimittat groſſum in lapidem conuerti, et non reſoluatur. Oportet ergo, ut ſit caliditas eius in gradu ſecundo, et in principio tertij. Et ſiccitas eius iterum non oportet, ut ſit ſuperflua, imo in gradu primo. ſicut folia altheæ cum butyro cocto, et maſtix cum butyro crudo, & bdelliũ, & ſtorax liquida, & aqua roſata, & armoniacum, et hyſopus humida, et quæ ſunt ſicut illa, et medulla oſſis cerui, et medulla oſſis uituli, et medulla oſſis cameli, et pinguedo gallinæ, et pinguedo capræ, et pinguedo anſeris, et muſcilago altheæ, et muſcilago ſeminis lini, & muſcilago fenugræci, & quæ ſunt illis ſimilia.



¶ Sermo in Indurante cum FRIGORE.

INDVRANS cum frigore, eſt ſicut Portulaca, & Pſilium, et Altahalub, et quæ ſunt illis ſimilia ex Solatro.

¶ Sermo in OPILATIONE.

ET OPILANS cum frigore, eſt Medicina quæ opilat poros corporis opilatiõe abſqꝫ apertione. Et eſt ꝓculdubio, aut terreſtris, aut uiſcoſa, nõ mordicans. qm̃ ſi eſt mordicans, nõ fit ut figat̃ in poris: quoniã liquefacit ex mẽbro aliquid, aut trahit ad ipſum aliqd, quare reſoluitur, et currit. Oportet ergo, ne ſit ei ſapor oĩo, neqꝫ caliditas uehemẽs, neqꝫ frigiditas uehemens. Terreſtris quidem eſt. ſicut amylum, & thutia, et ceruſſa plumbi, & climia, et calx, & hematites. Iſta omnia, quando abluuntur decenter, deinde exſiccant̃. Viſcoſa uero non mordicatiua ſunt, ſicut malua ſylueſtris, et malua domeſtica, & interior pars cucurbitæ, & raſura eius, et citrulli: & quæ ſunt illis ſimilia.

¶ Sermo in Aperiente OPILATIONES.

APERIENS autem Opilationes, eſt contraria opilanti: quoniam ſubtiliat res groſſas, & incidit eas: et eſt illa quæ eſt amara: aut baurachia. ſicut radix lilij cœleſtis, et ſquilla, et amigdala amara, et herbus, & baurachi, et lupinus, & ſeha: et quæ eſt ex medicinis apertiuis, in qua eſt cum uirtute operationis aliquid ponticitatis, aut ſtipticitatis. Si ponitur exterius, non aperit, propter ſtipticitatẽ ſuam, aut propter ponticitatem: & ſi bibatur, aperit opilationes uiſcerum.

¶ Sermo in ABSTERGENTE.

ABSTERGENS uero eſt ſimilis aperienti opilationes, uerumtamẽ eſt debilior ea, & non indiget ſubtiliatione illa, qua indiget aperiens opilationes: & propter illud plures medicinæ quæ abſtergunt ſunt dulces. ſicut mel, fabæ, et hordeum, et amigdala, & batheca dulcis, & furfur tritici, & ſimilia eis.

¶ Sermo in RARIFICANTE cutem.

ETIAM eſt q̃d calefacit corpus calefactione tẽperata, & non exſiccat, & non eſt groſſũ. ſicut camomilla, & flos altheæ, & oleum de lierua, & oleum de raphano, et oleum antiquum, & his ſimilia.

¶ Sermo in INSPISSANTE cutem.

EST SIMILIS opilanti, uerumtamen eſt debilius eo: & eſt illud q̃d eſt frigidũ, aquoſum, non mordicatiuũ. ſicut aqua frigida hordei, et ſpuiua, & lenticula aquæ, & poma mãdragorę, et eis ſimilia.

¶ Sermo in APERIENTE orificia uenarum.

HOC EST groſſum, acutum. ſicut allium, et cepæ, et fel tauri, & lilium, et flos papaueris ruffi, & cepa narciſſi, et alhalehoen, & oleum lilij cœleſtis, et quæ eis ſunt ſimilia.

¶ Sermo in Conſtringente POROS, & VENAS.

HOC EST groſsum, frigidum, ſtipticum, non uiſcoſum. ſicut uirga paſtoris, & arnogloſsa.

¶ Sermo in ADVRENTE.

ADVRENS eſt calidum ſuperfluũ, groſsum. ſicut arſenicum, & zega, et calcantum, et æs uſtum, et cinis ficus, & ſinapis, et ſtaſiſagria, et reſiſiæ, & eſt coruiſcus, et ſimilis eſt eis arbor Mariæ.

¶ Sermo in Putrefaciente, corrodente.

EST calidum ſuperfluũ, ſubtile. ſicut zimar, & urtica: et eis ſimilia.

¶ Sermo in diminuente carnẽ ex VLCERIBVS.

EST EX genere zinziar, uerũtamẽ eſt debilius eo. ſicut cortices æris, et hematites, & cucumer aſininus, et radix colocitidæ, et cinis teſtudinis, et cinis cancrorꝫ, et cinis limaciarũ, et cinis ſerpentũ, et uiparũ.

¶ Sermo in CONSOLIDANTE.

EST QVOD conſtringit, & deſiccat cum æqualitate. ſicut ſanguis draconis, & thus, et myrrha, & aloes. Et quãdoq; conſolidat per accidens illud quod minuit carnes, quando ponit̃ ex eo parũ cum eo quod conſolidat ulcus. ſicut cærotũ. Et ex eis eſt q̃d conſolidat cũ ſtipticitate ſine mordicatione. ſicut alumen, et gallæ, & merdaſengi, et plumbũ uſtũ, et ſcoria ferri, plũbi, & cerusſa plũbi, et antimoniũ combuſtũ. Et ex eis eſt q̃d conſolidat cũ mordicatiõe, et aduſtione. ſicut colcotar cõbuſtũ, & tuthia, cathymia, et cortices ferri, & cortices æris, et calx abluta quadã ablutione.

¶ Sermo in ATTRAHENTE.

EX EO eſt, quod attrahit cũ qualitate ſua: et ex eo eſt, quod attrahit natura ſua. Quod ergo attrahit natura ſua, eſt ſicut medicinæ ſolutiuæ. Sed quod attrahit qualitate ſua, attrahit per caliditatem, & ſubtilitatem. Et caliditas & ſubtilitas, aut ſunt in medicina ex natura ſua: aut inſunt ei ex putrefactione, quæ accidit ei. Quod autem ex natura medicinæ eſt, eſt ſicut pulegiũ coruinũ, & ſerapinũ, et aſa. Sed q̃d eſt ex putrefactione quę accidit medicinæ. ſicut fermentũ, & ſtercus antiquũ, et limus.

¶ Sermo in BEZAARIM.

EX EO EST quod agit cum euacuatione. Quod autem agit per hoc quod reſoluit, aut reſoluit ex ſua qualitate: aut reſoluit ſua natura. Quod facit illud ſua natura, complexio eius eſt media, in eo quod eſt inter rem recipientẽ ad rem, quã recipit: & propterea illud quãdo miniſtratur in hora ſanitatis, eſt nociuum.

¶ Sermo in SEDANTE dolorem.

EST ILLVD quod eſt calidũ. ſicut cõplexio corporis in gradu primo: & eſt ſubtile, euacuans, et reſoluens, & rarificat, et ſubtiliat, & ma-



turat, & uenit cum omni quod eſt in membro ex dolore, et ex infirmitate ad æqualitatẽ. ſicut chimus calidus, aut uiſcoſus: & ſi eſt groſſus, aut multus, aut annexus in poris ſub tilibus: aut uentoſitas frigida, aut groſsa, cui non eſt meatus: & non oportet, ut ſit ſtipticum inflatiuum, ſicut oleum anetinum, imo nudum ex uirtute ſtiptica.

¶ De tertio Ordine.

ORDO autem tertius, eſt cognitio eius quod frangit lapides, et eius q̃d adiuuat ſpuere illud quod eſt in pectore, et mundificare ipſum, & mundificãtis cerebrũ, et mundificãtis aures, & oculos, et os, & palatum, et ſtomachũ, & inteſtina, et hepatis uenas, & gilboſitatẽ eius, & ſplenem, et renes, & ueſicam, et prouocantis urinã, et lapidem: excitantis coitum, & abſcindentis coitũ, et generantis lac, & abſcindentis ipſum, & proupcãtis menſtrua, et abſcindentis ea, & mordificãtis inteſtina ex ſtercore, et uermibus, & prouocãtis ſudorẽ, et mundificãtis ſudorẽ corporis.

¶ Sermo in frangente LAPIDES.

EST illud quod incidit: quãdo non eſt caliditas manifeſte: nã tunc frangit. ſicut radix ſpargi, & radix arundinis, et poliũ, & nitrũ aduſtum contritũ, et acetũ ſquillæ, & cinis ſcorpionũ, et lapis ſpongiæ: quoniã iſta ſunt frangentia. Quando cũ eis eſt caliditas uehemens: dum indurant lapidem, non frangunt ipſum. Et ſi cũ eis eſt caliditas quæ non ſit uehemens, ſicut diximus, & accipiatur cum eis, adiuuat res humida ad frangendum. quoniã ſi fuerit ſuperfluæ caliditatis, ſeparant ſubtile a groſso, & educunt ſubtile, et remanet groſsum.

¶ Sermo in mundificante pulmonẽ, et pectus, & iuuante ad Aſma, et Tuſsim antiquã, & generationẽ Saniei in eis.

ILLA ſunt ſemen bautiæ ſyluestris, et eſt daucus, & ſemen lini, et alhaſsæ, et ſemen raphani, & raphanus, et naſturcium, & ſiſamũ, et cordumeni, et ſemen cucumeris, & ſemen batellinæ, et ſemen rutæ, et nigella, et piper, & polium, et praſsiũ, & caſsioli, et rahunt, et coſtus, et amomum, et ſulphur, et galbanũ, et myrrha, & opoponacũ, et cepæ, & alliũ, & ſquilla, et calamentũ, et hyſopus ſicca, & amigdala amara, et ficus ſicca, & pinea, et caſtoreum, & herbus, et armoniacũ, & bdellium, et olibanũ, & aſa, et ariſtolochia longa & rotunda, et ſticados: & ouũ ſorbile, quando ſorbetur cũ melle: et ficus antiqua, quando decoquitur in lacte, præcipue camelæ, et cicer cum lacte. Et conferunt per accidens, ſubfumigatio cum laudano, et cum ſtorace, & ſtercus leporis, et pili eius, et ſtercus Gazeli, & radix cucumeris aſinini, et ſemen feniculi: & rahunt, quando ſubfumigatur cum eo, iuuat.

¶ De Mundificantibus Cerebrum.

MVNDIFICANTIA cerebrum ex naribus, quãdo cum eis ſit capu-

purgium, ſunt ſuccus ſiclæ, & ſuccus cucumeris aſinini, et oleum de lilio, & oleum de amigdalis, et ſuccus radicis arboris Mariæ, & quando exſiccatur radix, & teritur cum pipere et baurach: et calamentum.

¶ De Mundificantibus OCVLOS.

MVNDIFIcantia Oculos per lachrymas, et conferunt prurітui, et grauitati, & corroſioni, et debilitati uiſus, ſunt omnes medicinæ abſtergentes. ſicut feniculum humidũ, et aqua ciñamomi, fel perdicis, et mel, & aqua caſieli, et oleum de lierua, & oleum balſami, et oleum nucis, et oleum anetinũ. Et ex ſuccis, ad illud etiam ſunt ſuccus acori, & harmel, et ſuccus papaueris ruffi, & arboris Mariæ, et ſuccus cepæ, & ſynapis, & rutæ.

¶ De Mundificantibus AVRES.

MVNDIFIcantia Aures, ſunt mel, et uinum dulce, & oleum amigdalinũ, et fel tauri, & ſuccus capparis, et fel piſcis omnis, & ficus, et baurach, & myrrhæ, et ſuccus ſiclæ, & ſimilia eis.

¶ Mundificantia Cerebrum ex ORE.

MVNDIFIcantia ex Ore cerebrum ſunt, paſsa montana, id eſt, ſtafiſagria, et ſquinantum, & maſtix, et piretrum, & ſynapis, et muri, & quæ ſunt eis ſimilia, quando maſticantur: et quandoq; decoquuntur, et gargarizatur cum eis.

¶ Mundificantia per PALATVM.

MVNDIFIcantia ex Palato, ſunt baurach, et aloes, & ſemen urticæ, et grana alhoros, hoc eſt, Cardamomum, et ſynapis, & calamentum, et hyſopus, & allia.

¶ De Confortantibus ſtomachũ, et nocentibus ei.

CONFORtantia ſtomachũ, et nocentia ei. Conferentia autẽ ei ſunt, dactyli immaturi, et citonia, & oliuæ ſalitæ, et oliuæ conditæ cũ aceto, et oleum crudũ ponticum, et glandes, & caſtaneæ: et præcipue quando comedunt̃ in lacte: et oĩa olea ſpinoſa: et ſunt illa, in quibus ſunt amaritudo, et ſtipticitas: et roſæ, et fumus terræ, et napi conditi cum aceto, et cũ ſynapi, et raphanus, et ſynapis, et naſturciũ, et piretrũ, et ſpargus cum muri & aceto, et myrtilli, et alcanneriæ, et ſimilia eis: et capparis condita cũ ſale, et cortices citri, et abſinthiũ, et aloes, et uinũ purum. Et nocentia ei ſunt grana Iuniperi, et grana Pini maiora & minora, et grana halhert, et alhacöen, et ſemen agni caſti, et ſicla, et acetoſa, et napi crudi, et bleta, et atriplex, et malua, et quæ ſunt eis ſimilia (niſi comedant̃ iſta cũ muri, et aceto, et ſiſamino) et fenugręcũ, et lac: qm̃ aceſcit in eis q ſunt frigidę cõplexionis, et in ſtomacho frigi. et mutant̃ in ſtomacho cali. et iſſeha armeni, et abrotanũ, et baurach, et mel, qñ ſumit̃ multũ ex eo, et batelma, et oĩs



medulla, et cerebrũ, et uinum nigrũ & groſsum et durũ, pręcipue nouũ.

¶ De Mundificantibus INTESTINA.

MVNDIFIcantia Inteſtina ſunt titimallus, et lac eius, & ſemen atriplicis, et ſuccus caulis, et decoctio polypodĳ, et aqua ciceris, et folia agni caſti, et decoctio alahaſsæ, et ſcordion, et calamẽtum: et butyrum recens, quando aſsidue lambitur: et ficus ſicca, quando feruet in aqua: et oleum olfacinum, et agaricum.

¶ De Mundificantibus uenas HEPATIS.

MVndificantia uenas hepatis ſunt de pulpa coloqntidæ, et camomilla, et abſinthiũ, et aq̃ caſei, et ius galli antiq, decrepiti, et aq̃ ciceris albi.

¶ De Mundificãtib. Gibboſitatẽ hepatis.

MVndificãtia Gibboſitatẽ hepatis, ſunt amomũ, et decoctio ſquinãti, et radix acori, et gentiana, et cortices radicis lauri, et rahunt, ſene, et ſuccus liqricię, et amigdala amara, et aniſum, et feniculũ, et dauc9, & ſemen apĳ hortulani, et montani, et aſarũ, et myrrha, et eupatorium.

¶ De Mundificantibus RENES.

MVNDIFIcantia Renes ſunt oĩs medicina incidens. ſicut radix arnogloſsæ, et fructus eius, et ſpargus, et radix peoniæ, et radix ciceris nigri, et amigdala amara, et capillus Veneris, et fu, et cime ſquinanti, et daucus, et ſemen apĳ hortulani, et montani, et acorus, et cortex arboris uitis, et ſanguis hyrci ſiccatus.

¶ De Mundificantibus SPLENEM.

MVNDIFIcantia Splenem, ſunt elleborus niger, et decoctio calamenti, et cortex radicis capparis, et infuſio cucurbitæ amaræ, et tamariſcus, et pulpa coloquintidæ, et camomilla.

¶ De Mundificantibus VESICAM.

MVNDIFIcantia Veſicam ſunt ſtercus galli exſiccatum, et rahunt, et ſauina, et carpobalſamũ, et decoctio glandiũ, et fructus alhulaię, id eſt, aglenter, et balauſtiæ, et ſuccus ligriciæ, et decoctio rubeæ, et menta, et foliũ, et ſpica, et nera excorticata, et ſpargus.

¶ De Prouocantibus VRINAM.

PROVOcantia Vrinã, ſunt oĩa quæ calefaciũt, et exſiccãt. Et plurima illorꝝ ſunt medicinæ acutæ. ſicut apiũ, et ſemen eius, et feniculi, et ſemen bauciæ, et ameos, et fu, et meu, et aſarũ, et acorus, et apium montanũ, et ſiſeleos. Et ex prouocantibus eſt ſemen ſpargi, et ſemen cucumeris, et melonis, et bauciæ, et ſcariolæ, et napi, et ſecaniabin.

¶ De Mundificantibus Lapidem ex ueſica.

MVNDIFIcantia lapidẽ ex ueſica. et renibus, ſunt cordumeni, et ciperi, et oleum de amigdalis dulcibus, et bdelliũ, et radix

feniculi, et olibanum, et amigdalæ amaræ, et decoctio radicis altheæ. Et teſticuli porci exſiccati, qui teruntur, et ſumitur puluis eorum ſiccus: deinde parũ uini poſt ipſum. Et lapis Iudaicus, et lapis inuentus in ſpongia marina, et ſtercus columbarum, et cinis leporis.

### De ſtimulantibus Coitum.

STIMVlantia Coitum, et multiplicantia ſperma, Ex cibis quidem, omne qd eſt multi nutrimẽti, multæ inflationis. Ex medicinis uero, omne calefaciens, humectãs. Cibi quidẽ ſunt ſicut pineæ, et cicer, et fabæ, & ficus, et amigdalæ, et nux, et ſiſtici, et cepæ, et lac cũ zaccharo, et uitella ouorũ, et ſiſamũ, et mel. Et medicinæ, eruca, et ſpargus, et ſtincus, et ſatyrion, et ſecacul, et piper nigrũ, et eſt granũ alzelem, et been, et zinziber.

### De Abſcindentibus Coitum.

ABSCINdentia Coitũ, et deſiccantia ſperma, ſunt, quæ ex cibis ſunt ingroſſantia, exſiccantia, infrigidantia. Ex oleribus qdem lactuca, et atriplex, et blitus, et cucurbita, et cucumer, et citroli, et ſandix, et morũ, et aluiniar, et alcofre. Et omne exſiccatiuũ ex medicinis, ſicut ruta, et piper, et agnꝰ caſtus, et ciminũ, et myrabolani, et carabe, et ciperi, et balauſtiæ.

### De Prouocantibus Lac.

PROVOCANtia Lac, et generantia ipſum, ſunt aqua hordei cum lacte, et feniculũ humidum decoctũ, et ſemẽ feniculi, et anetum, et aniſum, et ſemẽ lini, et farina miliȷ, et decoctio fenugręci, & eruca, & ſemen cucumeris, et caulis coctus. Et ex eis q̃bus fricat̃ corpus, et prouocatur lac, ſunt lumbrici terreſtres, et nigella, et ſcoria ferri, et fel tauri, et ſuccus hordei infuſi, et pinguedo anſeris, et om̃e ſubtiliatiuũ, inciſiuum, q̃n cũ eo nõ eſt caliditas, niſi ęqualis, pauca, et nõ eſt exſiccatiuũ, g̃nat lac.

### De Deſiccantibus Lac.

DESICCANtia Lac, ſunt oĩa deſiccantia. ſicut piper, et ruta, & arbor Abraam, et arbor Mariæ, et anetũ, et coriandrũ ſiccũ, & ſemen albedarogi, et menta, et calamentum, et ſauina, et ſemen rutæ, et lupinus, et pulegium ceruinum. Et omne infrigidatiuum, ſtipticum. ſicut ſumac, et balauſtiæ, et lens, et acetum, et agreſta. Et omne narcoticum frigidum. ſicut lactuca, et coriandrum, et iuſquiamus, et papauer.

### De Prouocantibus Menſtrua.

PROVOCANtia Menſtrua ſecundum plurimũ ſunt oĩa quæ prouocant urinã cum calefactione et ſubtiliatione. ſicut aſarum, & aqua mellis, et caſtoreum, et aqua ciceris, et myrrha, et daucus, et ſerapinum, et caſioli, et galbanum, et ſauina, et rubea, et calamẽtum, et ſtorax, & arbor Mariæ, et alcanna, et altit, et opoponacum, et faſcoli: omnia iſta prouocant menſtrua: et quando ſufficientia eſt ſuper unum iſtorum, et decoquitur in uino, et bibitur, prouocat menſtrua.



### De Abſcindentibus Menſtrua.

ABSCINdentia Menſtrua, ſunt thus, et balauſtiæ, et gallæ, et acatia, et carabe, et bolus armenus, & terra ſigillata, et ſemen plantaginis, et ſcoria ferri, & myrabolani. Et ex eis ponuntur ſuper dorſum, & ſuper ilium ſiniſtrum, et abſcindit menſtrua. ſicut ſanguis draconis, & antimonium, et alumen: et quæ ſicut eis ſimilia.

### De Mundificantibus Inteſtina ex ſtercore.

MVNDIFIcantia Inteſtina ex ſtercore ſunt, ſtorax, et aloes, & maſtix, et allium, quãdo bulliuntur cum oleo, et muri: et ſynapis, et ficus cum baurach, et medulla cartami.

### De facientibus deſcendere uermes.

FACIENtia deſcendere uermes, et aſcarides, et lũbricos ex uentre, ſunt ſeha armenũ, et alabrengi, et lupinus, et abrotanũ, et lumbrici terreſtres, et ataraxacon, et ſcariola agreſtis, et ſal indũ, allinitran, et nigella, et poliũ, et ſiccidis, et herba auris muris, et fel tauri, et coloquintida, & aloes.

### De Prouocantibus Sudorem.

PROVOCANtia Sudorem ex corpore toto, ſunt calida ſicca omnia. ſicut ciminum, & aniſum, et calamẽtum, et polium. Et ex oleis, et medicinis, etiã cum q̃bus fricatur corpus. ſicut oleum cum baurach, et oleum cucumeris aſinini, et oleum raphaninũ, et oleum balſami, & oleũ camomillę, et oleum anetinũ, et albenaketin, et eſt purũ, et oleum nardinũ, et coſtus, et ex illo balſamũ, et carpobalſamũ, et rahunt, et calamus aromaticus. Et ex medicinis quę excitant ſudorẽ, quãdo ſubfumigat̃ cum eis, ſunt caſtoreum, et bdellium, et agnus caſtus, et lens parua, et carpobalſamũ.

### De Mundificantibus Cutem.

MVNDIFICANtia Cutem ſunt arſenicum rubeum, et citrinum, et ariſtolochia, et calamus aromaticus, et piretrum, & ſtafiſagria, et ſambucus, et cinis glandium, et radix altheæ, et farina fabarum, et farina lupinorũ, et ſarcocolla, et mel, et herbus, et baurach, et ſpuma maris, et dactyli, et cicer: et uniuerſaliter omne in quo eſt abſterſio.

Inquit Aggregator huius libri. Iam præmiſi illud, quo fit iuuamẽtum ex cognitione uirtutum Medicinarum, et Ciborum, et quomodo auxilia tur per illud, & nunc in principio narraui ea. Dico ergo, propterea, quod Cibi, et Medicinæ ſunt multæ, conuenere antiqui, præcipue poſtremi, ut ordinarent ea ſecundum literas alphabeti. Et hoc eſt ubi incępi.

Explicit ALBENGNEFIT.

## LIB. IACOB ALKINDI philoſophi De GRADIBVS Rerum.

QVONIAM PRIMOS VETERES, ut de uirtutibus cuiuſq; medicinæ ſingillatim in caliditate, frigiditate, ſiccitate, & humiditate loquerentur, ualde ſollicitos eſſe cognoui: unde in hoc quatuor inuenerunt differentias, uel definitiones, dicentes Gradum primum, et ſecundum, & tertium, & quartum in unaquaq; qualitatum eſſe: quod tamen in compoſita medicina dicere prætermiſerunt. Non enim dixerunt, quod hæc medicina, ſcilicet compoſita, in aliquo gradu ita, & ita exiſtat, in caliditate, uel frigiditate, ſiccitate, & humiditate: non tam, quod magis proprium fuerit, ſcientiam eius rei in medicina ſimplici attendere, quam in compoſita. Licet enim huius rei ſcientia ſecundum ordinem ſimplicis medicinæ præcedat compoſitam, non eſt tamen conueniens, ut ipſa in ſola ſimplici attendatur medicina, & non in compoſita. Quia compoſita medicina, quamuis ex medicinis conſtet, quarum uirtutes in ſimplicitate earum diuerſificantur, non tamen ſequitur, ut eius complexio diuerſificetur quando componitur: intellexi, quod ad ſcientiam uirtutum medicinarum compoſitarum pertingere, non minimi exiſtat lucri. Quia igitur medicinam compoſitam multoties componimus, conſecutum eſt, ut eius uirtutes ſecundum multitudinem, & paucitatem diuerſificentur: quod quidem prouenit ex uirtutibus earum, a quibus fuerit compoſita. Impoſſibile enim fuit, ut in quarundam uirtutibus, ex quibus fuit compoſita, conſiſteret, & illarum uirtutes non obtineret. Quia igitur illud inueſtigare propoſui, nec potui prætermittere, quin cuiuſque gradus relationem quam ad alterutrum habet, percipere ſtuderem, in inquiſitione æqualitatis abſolutæ laborare æquum fuit. Ipſa enim eſt ubi contraria æqualiter coniunguntur, ita ut a neutro eorum ad aliud declinet. Fuit itaque eius inquiſitio magis proprie præmittenda. Quia nil calidum dicitur, nec frigidum, nec ſiccum, nec humidum, niſi ex eo quod temperamentum iam addidit ſupra æqualitatem: & quia ipſa eſt & origo, & principium, & elementum huius totius quod de hoc dicitur, & ab ipſa prouenit augmentum, & in illa reſoluitur. Si enim quid ſit reſolutionis intentio quæritur. Dicitur, quod ſit augmentorum ab æqualitate ablatio, donec æqualitas remaneat. Sicut ego, ſi DEVS uoluerit, explicabo.

Reſolutionis intentio



Et quia eorum quæ ſuper æqualitatem addita fuerunt, neque quantitates, neque ſpecies omnino notæ fuerunt, neceſſe fuit nobis illud explicare. Augmentorum autem intellectus, Gradus ſunt quatuor, qui ſupra æqualitatem additi ſunt. Dicam ergo, quod omnia Augmenta naturalia quinque modis ſunt. Primum eſt Augmentum dupli. Poſt quod eſt augmentum quod addit partem unam: quod eſt continens quantum eſt illud cui comparatur, & eius medietatem. Poſt hoc uero eſt augmentum addens partes, quod continet quantum illud, & eius duas tertias. Poſt hoc ſequitur augmentum dupli, quod addit partem, & eſt compoſitum ex prima ſpecie & ſecunda. Conſequitur autem hoc augmentum dupli, addens partes, quod ex prima ſcilicet ſpecie, & tertia componitur. Quia ergo hoc ex parte exponere in numeris naturalibus cupio, ipſos ſecundum ordinem naturæ ſuppoſui in ordinibus ſuis, quorum unus alium præcedere non poteſt: & incæpi ab uno, qui eſt cauſa numeri, cum ab illo ortus fuerit, & creuerit. Quod, ut menti hunc librum noſtrum legentis, citius infigatur, & affirmetur, æquum fuiſſe credidi præmittere, quod de hijs quinque ſpeciebus præpoſuimus.

Augmentorū modi quinq;.

Eſt autem ordo naturalis iſte, i. ij. iij. iiij. v. vi. vij. viij. ix. x. Dico igitur, quod augmentum duorum ſupra unum, duplum eſt unius: & unum duorum, eſt medium. Iam igitur patet, quod primum augmentorum naturalium, eſt augmentum dupli: & quod duo, duplum ſunt unius. Nos quoque augmentum dupli præmiſimus: quia natura ipſum præmiſit: & quia prima proportio naturalis, quæ in directione paucitatis inuenitur, medietas exiſtit, id eſt, quod unum eius ordinis eſt, qui eſt poſt ipſum, ſcilicet duo, medium eſt. Apud nos enim nihil intereſt, utrum dicatur augmentum, ſiue dicatur proportio. Præterea dico, quod augmentum trium ſupra duo, eſt id quod addit partem, hoc eſt, quod tria iam addiderunt ſupra duo, partem duorum: duorum namque pars unum eſt, & eſt illud quod addit partem. Iam ergo manifeſtum eſt ex hoc, hoc augmentum naturali ordine ſequi illud, quod eſt ante ipſum. Similiter quoque augmentum quatuor ſupra tria, ex genere eſt eorum, quæ addunt partem. Inde dico, quod augmentum quinque ſupra tria, ſunt duo: duo nanque duæ partes trium exiſtunt, quod illud eſt quod addit partes. Dico igitur, quod augmentum quinque ſupra duo, eſt primum augmentum duplum, quod addit partem, & eſt illud quod quinque iam addiderunt ſupra duo cum duplo eorum & uno: unum namque duorum eſt pars: & hæc eſt pro-

Primum augmentum.

Secundū augmentum.

portio compoſita, quam componi diximus ex proportione dupli, & ea
quæ addit partem. Dico etiam, quod augmẽtum octo ſupra tria; eſt pri-
mum augmentum duplum, quod addit partes: & hoc eſt, quod octo
iam addiderunt ſupra tria duplum ipſorum ex duarum partium ſuarum
quantitate: & eſt proportio compoſita, quam ex prima ſpecie & tertia
componi diximus. Iam ergo manifeſtum eſt ex his quæ diximus, il-
lud quod præmiſimus de his quinque modis, neceſſario ponendum ab
eo. Quorum primus augmentum dupli continet, ſicut, i. & ij. & iiij.
& viij. Et ſecundus id quod addit partem: ut ij. & iij. & iiij. & v.
Tertius ſimiliter modus augmentum partium continet: ut, quinque
ad tria, & nouem ad ſeptem. Quartus uero eſt modus augmenti du-
pli, quod addit partem, ut, ij. & v. & xi. & xxij. Et quintus eſt,
in quo eſt augmentum dupli, quod addit partes: quemadmodum, iij.
& viij. & xviij. & xxxviij.

Conſyderemus ergo, quanta proportionum fiat reſolutio, ut ad æqua-
litatem redeant, & ponamus aliquid, quod ſit exemplum, & regula,
qua perueniamus ad hoc quod in æqualitatem reſoluere uoluerimus.
Multa enim ſæpe quæruntur, ad quorum ſcientiam perueniri non po-
teſt, niſi exemplis rerum poſitis, quæ cum eis ſint eiuſdem generis. Po-
namus igitur tres numeros proportionales dupli proportione. Aequa-
litas enim, ut poſt hæc explicabo, inueniri non poteſt, niſi in hac: &
ipſa eſt prima ſpecies, quam præmiſi, quæ etiam prima naturaliter eſt
inuenta. Hoc autem eſt, ut ſint tres numeri proportionales, & ſic pro-
portio primi ad ſecundum, ut ſecundi ad tertium. Quos cum conuer-
timus, erit proportio tertij ad ſecundum, ut ſecundi ad primum: & ſit
primus minor, ſecundus medius, tertius maior. Cum ergo uolueri-
mus eos reſoluendo ad æqualitatem reducere, minuemus ex medio
quantitatem minoris, & ex maiori quantitatem medij, & minoris, &
qui remanent æquales inueniuntur. Si ergo remanentes ſpecies ſecun-
dum ordinem dupli compoſuerimus, ſtatuentes duplum in lineis, &
ponentes maiorem primum, & minorem poſtremum: & deinde ſup-
poſuerimus huic primo ei ſimilem, & ſub medio numerum continen-
tem quantitatem ipſius, & huius primi, & ſub poſtremo quantitatem
ipſius, & primi, & duplum medij, prouenit compoſitum, quod ad-
dit partem. Illud quoque quod addit partes conſtituitur: componimus
id quod addit partem quemadmodum prius poſuimus duplum, & ex-
equimur omnia quemadmodum fecimus prius. Duplum autem quod
addit partem conſtituitur: componimus illud quod addit partem, ita
ut eſt abſque conuerſione, & facimus ut prius fecimus. Duplum aut-
ẽm quod addit partes componitur, cum ſtatuerimus illud quod addit



partes abſque conuerſione: & exequimur in eo omnia ut in alijs feci-
mus. Cum ergo has ſpecies reſoluendo ad æqualitatem reducere uolu-
erimus, minuemus ex medio minoris quantitatem, & ex maiori du-
plum eius, quod reſiduum fuit ex medio, & quantitatem minoris: &
ſi numeri tres æquales remanſerint, iam illud inuenimus quod quære-
bamus. Si uero non, iam egreſsi ſunt ab illa ſpecie, in qua relationem
habuerunt, & tranſierunt in illam ſpeciem quæ magis remota eſt a na-
tura, quam ſpecies a qua reſoluta fuit hæc. Poſt hoc quoque conſe-
quenter operabimur ut prius. Quod ſi numeri tres, qui ſunt reſidui, æ-
quales ſunt, & conueniunt, iam conſecuti ſumus quod uoluimus. Si
autem non, iam in aliam ſpeciem tranſierunt, quæ magis elongata eſt a
natura ipſius.

Verbi gratia. Ponamus æquales numeros in linea una, tribus ordini-
bus diſtincta, et ſit prima, & ſint in ea iſti tres numeri i. i. i. Deinde ad-
iungamus ei lineam ſecundã, in qua ſint ordines numerorũ proportione
dupli proportionales, & ſunt iſti, i. ij. iiij. Si ergo uoluerimus reſol-
uendo eos ad æqualitatem reducere, ex medio quod eſt duo, minuemus
quantitatẽ minoris, quod eſt unum. Deinde minuemus ex maiore quod
eſt quatuor, duplum eius quod remanſit ex medio, et minorem quod eſt
unum, & duo, et remanebit unum. Iam ergo numeri omnes reſoluendo
æquales inueniũtur. Quod ſi q̊d ex quatuor ſuperfluit ſpeciebus, reſol-
uendo ad æqualitatem reddere uolueris, non conſequitur, ut ea quæ re-
ſidua erunt æqualia inueniantur, imo in aliam ſpeciem tranſibunt, quæ
a ſpecie æqualitatis naturaliter remotior erit. Exempli cauſa, duabus li-
neis tertiam adiungemus, in qua erunt numeri proportiones continen-
tes augmenti, quod addit partem: & ſunt iſti, iiij. vi. ix. Deinde an-
nectemus huic lineam quartam continentem proportionem augmenti,
quod addit partes, in qua ſint numeri iſti, ix. xv. xxv. Huic quoq; con-
ſequenter adiungemus lineam quintam, in qua ſint numeri continentes
proportionem dupli, quod addit partem, & ſunt hij, iiij. x. xxv. Cui
ſimiliter annectemus lineam ſextam, in qua ſunt numeri connexi pro-
portione dupli, addentis partes, & ſunt iſti, ix. xxiiij. lxiiij. Cum
ergo uoluerimus harum ſpecierum numeros reſoluendo ad æqualitatem
reducere, minuemus ab omni linea ex lineis cuiuſque ſpeciei, numerum
minorem ex medio, & deinde medium & minorem ex maiore. Nume-
ri igitur qui reſidui erunt, non inueniuntur æquales, imo erunt natura-
liter remotiores a ſpecie æqualitatis. Quapropter ex eo quod ſuperflu-
it, oportebit nos facere quemadmodum exequuti fuimus:
prius reſoluendo, donec æqua-
litas inueniatur.

Qđ dicit hic, non quieſcendũ, donec æqualitas inueniat, ſciẽdum eſſe non poſſe eo modo quo oſtẽdit. Sed ſi ita fiat, ut ĩ duplici oſtẽſum eſt, iueniri poterit q̃d dicit.

Poſſunt autem hæ ſpecies & aliter componi, & non ſecundum diſpoſitionem dupli, ſic, ij. iij. iiij. quæ eſt linea numerorum qui addunt partem. Et deinde adiungimus ei quartam lineam ſecundum proportionem augmenti addentis partes, ut eam in qua ſunt, iij. v. vij. Et poſt addimus ei lineam quintam continentem proportionem dupli, quod addit partem: ut illam in qua ſunt, ij. v. xi. Et deinde adnectemus ei ſextam lineam, continentem proportionem dupli, quod addit partes. ut illam, in qua ſunt, iij. viij. xviij. Quemadmodum ſubiecta docet figura.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aequalitas. | i. | i. | i. | | | |
| Multiplex. | i. | ij. | iiij. | | | |
| Superparticularis. | iiij. | vi. | ix. | ij. | iij. | iiij. |
| Superpartiens. | ix. | xv. | xxv. | iij. | v. | vij. |
| Multiplex ſuperparticularis. | iiij. | x. | xxv. | ij. | v. | xi. |
| Multiplex ſuperpartiens. | ix. | xxiiij. | lxiiij. | iij. | viij. | xviij. |

Cum ergo uoluerimus has quatuor ſpecies reſoluendo ad æqualitatem reducere, minuemus in unaquaq; linea, cuiuſq; ſpeciei numerum minorem ex medio: deinde medium, & minorem ex maiore: quod poſtquam fecerimus, remanebunt numeri non tenentes æqualitatem, uel in parte, uel in toto: nec unquam reperies, quod omnes numeri qui reſidui ſunt, æquales inueniantur. Iam ergo ex hoc manifeſtum eſt, æqualitatem minime reperiri poſſe, niſi in proportione dupli, quæ eſt prima: et eſt etiam oſtenſum, quod proportio dupla proportionalis eſt, et quod augmenta quæ reſoluendo ad æqualitatem reducuntur, ſunt proportionalia. Si ergo quamlibet quatuor ſpecierum conuertendo ad dupli proportionem, quæ eſt prima, reduxerimus, inueniemus æqualitatem in eis, & quod proportionales fuerint. Ideoq; dictum eſt, quod æqualitas non inuenitur, niſi in proportione dupli. Poſtquam ergo iam oſtenſum eſt, primum ex augmentis naturalibus, augmentum dupli eſſe, & quod æqualitas in ea reperitur, cum alia in ipſam reſoluuntur, demonſtrabo æqualitatem quæ eſt in qualitate. Deinde oſtendam illud, quod ab æqualitate egreſſum eſt: & poſt hoc in ipſam reſoluam. donec augmentorum menſuræ ſupra æqualitatem manifeſtæ ſint,

ſi DEVS uoluerit.

Quod hic dicit, ęqualitatẽ nõ poſſe reperiri, niſi in dupla proportione, ꝑpter gradus, de q̃bus intendit dicit: aliter eñ nunq̃ poſſet oñdere, q̃d intẽdit.

Aequalitas abſoluta in qualitate.

Dico ergo, quod æqualitas in qualitate, eſt contrariorum adinuicem temperantia in re æquali, & eorum effectus æquales, ſcilicet ut eius ſit calefactio quanta infrigidatio. Oportet igitur, ut egreſſus ab æqualitate, ſit augmentum unius qualitatis ſupra ſibi contrariam. Quod ſic colligitur. Caliditas & frigiditas contrariæ ſunt, quarum unaquæq; eam quæ



ſibi affertur fugat. Sic igitur in æqualitate ſunt æquales, quarum neutra aliquid ſuper aliam addit, nec intenditur. Conueniens tamen eſt, ut cum una ex qualitatibus aliquid ſupra ſibi contrariam augmentauerit, ſecundum ſuam ſpeciem addat. Iam igitur manifeſtum eſt, quod diſceſſus ab æqualitate in qualitate, eſt augmentum unius duarum qualitatum ſupra ſibi contrariam. Apud nos enim nihil intereſt, ſiue æqualitates dicantur temperantes, ſiue æquantes, ſeu alternantes, ſiue rectificantes. Quod autem unius qualitatis augmentum dicimus, nihil aliud intelligi uolumus niſi ipſius intenſionem. Augmentum enim in qualitatibus non proprie dicere poſſumus. Ipſum enim ex proprietatibus quantitatis una proprietas exiſtit: & quia unaquæque duarum qualitatum contrariarum locum occupauit, in quo ipſi conſiſtit eleuatio. Fuitque locus quem calor occupat, ab eo quem tenet frigiditas, alius. Vnus enim locus duobus non ſupponitur contrarijs. Indigemus igitur, ut dicamus in æqualitate tot partes contineri calidas, quot frigidas, cum ipſa in minimas diuiſerimus partes.

Si autem nobis aliquis obijciat, dicens caliditatem cauſa ſuæ raritatis & dilatationis maiorem occupare locum debere, quam ſit locus quem tenet frigiditas, & hoc cauſa ſuæ conſtrictionis. Dicemus caliditatem non dilatari, cum eius contraria coniungatur ei & æquetur: quia contrarietas eſt inter eas, & inſecutio: nec etiam æquius eſt, caliditatem remouere frigiditatem a loco ſuo, quã ut caliditatem frigiditas. Poſtquam ergo caliditati nunc adeſt, quod diximus contra frigiditatem, non dilatatur in loco ſuo caliditas magis,

quam frigiditas in ſuo.

Quod ſi uolueris minimam ex partibus rei in complexione æquali, intellectualiter conſydera, quæ eſt pars indiuiſibilis cauſa ſuæ paruitatis: & inuenies conueniens eſſe, ut ſit in ea tantum caliditatis, quantum frigiditatis: cum rei æqualis compoſitio facta ſit ex partibus iſtis. Iam ergo ex hoc uerificatum eſt, in re æquali tot partes calidas contineri quot frigidas: & manifeſtum eſt, quod diſceſſus ab æqualitate ſecundum qualitatem, eſt augmentum unius qualitatis ſupra ſibi contrariam: quod etiam indagando ſecundum quantitatis directionem expoſuimus. Iam igitur oſtenſum eſt, quantitatem eorum, quæ ab æqualitate diſceſſerunt, ſecundum quantitatem in qualitate ex hoc quod in eis eſt de æqualitatis manifeſtatione, metiri. Deinceps uero explicabo eorum reſolutionẽ in æqualitatem, præcipue cum æqualitas non reperiatur, niſi in eo quod in ipſum reſoluitur. Dicam ergo, quod licet augmenta, quia ſupra æqualitatem fuerunt, in æqualitatem reſoluantur, præter augmentum dupli, conſequens eſt tamen ſecundum hunc

ordinem, ut non omne quod ab æqualitate diſceſſerit, in ipſam propric reſoluatur: & quia iam manifeſtum fuit, quod in re æquali tantum eſt caliditatis quantum frigiditatis. Ponamus rem æqualem, unam partem, cuius una medietas calida, & altera ipſius frigida ſit: & ponamus etiam unamquamque contrariarum quæ æquantur, medium. Erit ergo calidum medium, & frigidum medium.

Dico ergo, quod oportet ut ſit quantitas augmenti primi, quod diſceſsit ab æqualitate, cuius calor non uehementer ſenſui manifeſtus apparuit, dupla caliditatis quæ in re æquali exiſtit. Ex eo itaq; patet, quod de augmento dupli expoſuimus, & eſt in dupla frigiditatis quæ eſt in re æquali, poſtquam rei æqualis caliditas tanta eſt quanta frigiditas ipſius, & eſt pars media ex unaquaque earum, ſicut diximus. Eſt ergo in augmento primo quantitas caloris, pars prima integra. Frigiditas uero quantitas mediocritatis caloris qui eſt in ipſo. Cum ergo reſoluerimus hoc primum augmentum in æqualitatem, & remouerimus unum duplum caliditatis, remanebit media pars calida, & media frigida: & ipſæ ſunt duo media, quæ ſe uicisſim contemperant, ex quibus proceſsit æqualitas. Ex hoc quoque manifeſtum eſt, quod æqualitas in unoquoque augmentorum reperietur cum remouerimus prima augmenta. Inueniemus ergo partes contrarias, quæ ſeſe, ut dictum, temperant.

Dico præterea, quod oportet ut ſit menſura augmenti ſecundi, cuius calor exceſſerit augmentum primum, manifeſte dupla caloris primi, augmenti primi, quemadmodum de augmento dupli docuimus: & quia menſura primi augmenti iam fuit pars una integra, & dupla caloris qui eſt in re æquali, & dupla etiam frigiditas ipſius, oportet ut ſit calor ſecundi augmenti duæ partes, & ſit duplus caloris primi augmenti, & quadruplus caloris qui eſt in æqualitate, & quadruplus etiam frigiditatis quæ in ipſa continetur. Ipſius enim calor, ut dictum eſt, eius frigiditati æqualis eſt. Quod ergo in augmento ſecundo frigiditatis inuenitur, tantum eſt, quantum quarta pars caliditatis in eodem inuentæ. Cum ergo hoc ſecundum augmentum abſtulerimus, remanebit primum: primum quoque cum remouerimus augmentum, remanebit media pars calida, & media frigida: & ipſum, ut dictum eſt, ſunt duo media, quæ ad inuicem temperant ſe, a quibus æqualitas proceſsit.

Et dico itidem, quod oportet, ut ſit menſura tertij augmenti, cuius calor & effectus ſecundum augmentum exceſſerunt uehementer, non tamen multitudine dupla caliditatis augmenti ſecundi. Quod ex hoc manifeſtum eſt, quod de augmento dupli expoſuimus. Sed quia menſura augmenti eius ſecundi, dupla fuit caloris augmenti primi, & quadrupla caloris qui eſt in æqualitate, exigit ut ſit calor augmenti tertij, quadruplus caloris augmenti primi: & quia calor augmenti primi duplus fuit caloris qui eſt in re æquali, & duplus frigiditatis eiuſdem, oportet ut ſit calor augmenti tertij octuplus caloris, qui eſt in æqualitate, & octuplus etiam frigiditatis, quæ in ipſa exiſtit, poſtquam calor æqualitatis frigiditati ipſius æquatur. Ex hoc quoque patet, quod illud, quod in augmento tertio frigiditatis exiſtit, tantum eſt quantum octaua pars caloris eiuſdem. Cum ergo abſtulerimus hoc augmentum tertium, remanebit ſecundum augmentum: quod inde cum ſublatum fuerit, remanebit augmentum primum: hoc quoq; primum cum remotum fuerit, remanebit media pars calida, & media frigida: & ipſa, ut dictum eſt, ſunt duo media, quæ ſeſe uicisſim temperant, a quibus proceſsit æqualitas.



Itidem dico, quod oportet ut ſit menſua augmenti quarti, cuius calor & effectus tertium augmentum uehementer ſupergreſsi ſunt, dupla caloris augmenti tertij. Quod ex eo patet: quod de augmento dupli docuimus. Sed quia calor augmenti tertij, quadruplus fuit caloris augmenti primi, & caloris qui eſt in æqualitate octuplus, oportet ut ſit menſura caloris augmenti quarti octuplus caloris primi augmenti, & ſexdecuplus caloris qui eſt in æqualitate: qui etiam frigiditatis in ipſa, quę in ipſa reperitur ſexdecuplus exiſtit: quemadmodum oſtendimus, quod calor æqualitatis eſt ſicut eius frigiditas. Eſt ergo illud frigiditatis, quod in quarto exiſtit augmento, tantum, quantum eſt medietas octauæ partis caloris in ipſo exiſtentis. Cum ergo remouerimus hoc quartum augmentum, remanebit tertium: tertium quoq; cum abſtulerimus, remanebit ſecundum: cumq; ſecundum remouerimus, remanebit primum: primum quoque cum ſublatum fuerit, remanebit media pars calida, & media frigida: & ipſa, ut ſępe dictum eſt, ſunt duo media, quę ſe ad inuicem temperāt, ex quibus æqualitas conſtituta eſt. Non diſsimiliter quoque erit menſura augmenti primi, & ſecundi, & tertij, & quarti, cuius æqualitatem frigiditas ſupergreſsa eſt: quemadmodum fuit menſura caloris, qui æqualitatem exceſsit, cuius ſupergreſsionem explanauimus. Caliditas quoq;, quæ eſt in augmento cum frigiditas intenditur, ita erit, ut fuit frigiditas augmenti in quo fit caloris intenſio.

Poſtquam ergo iam expoſuimus manifeſte hoc quod propoſueramus in æqualitate abſoluta, reuertamur ad oſtendendum hoc in æqualitate, quæ ſecundum relationem attenditur. Dico ergo æquale in medicinis, quod ſecundum comparationem quam habet ad humanam ſpeciem, æquale uocatur: & eſt quod neque calefacit, neque infrigidat,

Aequale ĩ medicinis ſecđm comparationem.

neque humectat, neq; deſiccat. Cum igitur aliquid ſic fuerit, con ſequens eſt, ut quod ex caliditate in eo continetur, ſit, quemadmodum continetur illud, quod ex frigiditate, & calidarum partium quantitas in eo ſit tanta, quanta frigidarum, cum ſcilicet ad humanam ſpeciem æqualem comparatur: hoc eſt, quod ſi huius calefactio reſpectu illius ſpeciei, non eſt maior ipſius in frigiditatione, uel humectatio deſiccatione, ipſum eſt æquale, quod ſecundum comparationem dicitur. Oportet etiam, ut hoc æquale ſit principium, & eius elementum ad quod dicitur æquale: quia in ipſum reſoluitur illud quod ſupra ipſum augmentum fuit, & quod ab eo egreſsum fuit. Oportet etiam, ut menſuræ augmentorum ſupra hoc æquale ſint, quemadmodum augmentorum menſuræ ſupra æquale abſolutum fuerunt. Conueniunt igitur huic æquali, quod ſecundum comparationē dicitur, ea quę æquali, quod abſolute dicitur, conuenire monſtrata ſunt: hoc eſt, quod ut diximus, hoc æquale eſt principium, & elementum eorum reſpectu quorum dicitur, & in ipſum reſoluuntur augmenta, poſtquam ab illo orta fuerint.

Huius autem, quod dicimus medicinam hanc calidam, uel frigidam, uel ſiccam, uel humidā in primo gradu exiſtere, expoſitio eſt, quod eius caliditas, uel frigiditas, uel ſiccitas, uel humiditas, aliquid ſupra æquale auxit, quod eſt primum augmentorum, ſenſui non ex toto manifeſte occurrens. Et iam oſtenſum eſt, primum augmentum naturale. eſt augmentum dupli, & quod in ipſum in æquale reſoluitur. Oportet ergo, quod partes qualitatum, quæ ſenſui occurrunt, & in gradu primo exiſtunt, duplum ſint huius, quod eſt in æquali ſecundum ſuam ſpeciem, & duplum etiam eius, quod in eo eſt ex ſibi contraria, ſecundum quod iam declarauimus. Sed cum remouerimus, quod eſt in primo gradu, quod ſcilicet eſt primum augmentum ex partibus qualitatum ſupra æquale additum, remanebit æquale, in quo qualitates ſecundum æqualitatem connectuntur: ſicut oſtendimus in conuerſione, quæ fit ſecundum reſolutionem, cum aliquid ad originem reducitur, a qua ipſi fuit principium. Gradus enim primus non ab alio conſtituitur, niſi ex duplo, quod eſt in æquali ex ſua ſpecie, uel ſi uis ex ſibi contraria, quemadmodum declarauimus. Similiter cum dicimus hanc medicinam calidam, frigidam, ſiccam, uel humidam in gradu ſecundo, eius intentio eſt, quod eius caliditas, uel frigiditas, uel ſiccitas, uel humiditas iam aliquid ſupra primum gradum auxerit, quod eſt primum augmentum ſupergrediens primum gradum manifeſte. Et oportet ut ſit huius augmenti menſura dupla eius, quod eſt ante ipſum in primo gradu: quemadmodum oſtendimus, quod reſolutio, quæ fit, cum aliquid ad ſuum reducitur principium, quod eſt æquale, non inuenitur, niſi in augmento



dupli. Erit ergo uirtus qualitatis in ſecundo gradu domināntis, dupla uirtutis dn̄antis in primo: ſed uirtutis dominantis in primo gradu menſura, ut oſtenſum eſt, dupla fuit menſurę uirtutis, quę eſt in ęquali, ſecundū ſuam ſpeciem, aut ſi uolueris, ſecundū ſibi contrariam. Erit ergo uirtus in ſecūdo gradu dominās quadrupla eius, quod eſt in ęquali ſecundū ſuam ſpeciem, aut ſi uolueris ſecundū ſibi contrariam. Cum ergo illud quod in gradu ſecundo ſuperat, remouerimus, remanebit gradus primus, in quo primū augmentum attenditur: & cum primū ſuſtulerimus gradū, remanebit æquale, in quo qualitates ſecundū æqualitatem coniūguntur: ſicut demonſtrauimus in cōuerſione quę fit dum reditur ad ęquale. Non diſſimiliter etiā cum dicimus medicinā hanc calidam, uel fri. uel ſicc. uel hu. in gradu tertio exiſtere, intenditur, quod eius cali. uel fri. uel ſicc. uel hu. iam addit ſupra gradum ſecundū, quod eſt primū augmentorū, quæ gradum ſecūdum ſupergreſsa ſunt, non tamen in ultimo. Vnde oportet, ut huius tertij augmenti menſura dupla ſit eius quod ante ipſam exiſtit, in ſecundo gradu: ſicut oſtendimus in augmento dupli. Menſura uero augmenti ſecundi, iam dupla fuit menſurę augmenti primi, & quadrupla ſuę ſimili, ut ſibi contrariæ, quæ eſt in æquali. Erit igitur menſura dominij tertij gradus quadrupla augmenti primi, & octupla eius quod in æquali inuenitur, ex ſua ſimili, uel ex ſibi contraria. Cum ergo tertij gradus dominium ſuſtulerimus, reſiduū erit gradus ſecundus: ſecundum quoque cum remouerimus, remanebit primus: hunc quoque cum abſtulerimus, remanebit æquale, in quo qualitates, ſecundum æqualitatem cōmiſcentur. Similiter cum dicimus hanc medicinā calidam, uel frigidam, uel ſiccam, uel humidā in quarto gradu, intendit̄, quod eius caliditas, uel frigiditas, uel ſiccitas, uel humiditas, iam aliquid auxit ſupra gradū tertium, quod exiſtit primū augmentum, tertiū gradum excedens: cuius effectus ualidus exiſtit, hoc eſt, quod ad nos ex eius caliditate peruenit, cōbuſtionem operatum eſt, & quod ex eius frigiditate, inſenſibilitatem, & mortificationem efficit eius cui applicatur. Oportet igitur, ut ſit huius quarti augmenti, menſura dupla eius quod ante ipſum eſt in gradu tertio, ſicut de augmēto dupli patefecimus. Sed tertij augmenti menſura, iam fuit quadrupla uirtutis gradus primi, & octupla eius quod eſt in æquali ex ſua ſimili, uel ſibi contraria: erit igitur ſecundum hoc uirtus dominij quarti gradus, octupla uirtutis primi gradus, & ſexdecupla illius, quæ eſt in æquali, ex ſua ſimili, uel ſibi contraria. Cū ergo hunc quartū gradum ad æqualitatem reuertendo, reduxerimus cum ſublatione eius quod eſt in eo, relinquitur gradus tertius: tertium autem cum abſtulerimus, remanebit ſecundus: & ſecundum cum remouerimus, remanebit primus: primo quoque ſublato, reſiduum erit æquale, in quo qualitates, æqua-

litati connexæ ſunt. Hoc itaque modo, qualitas reſolutionis augmentorum ad æquale conſiſtit, a quo eorum fuit principium. Ex hoc quoq; manifeſtum eſt, uirtutes graduum medicinarum, quæ ab æquali principium ſortiuntur, ad ipſum reſolui, uel conuerti a quo proceſſerunt. Nos autem iam oſtendimus, reſolutionem in æqualem inueniri non poſſe, niſi in proportione dupli, & proportionem dupli proportionalem exiſtentem. Sequitur ergo ex hoc, uirtutes graduum medicinarum ſenſui apparẽtes, quę ſcilicet ſupra ęquale aliquid augent, proportionales dupli proportione exiſtere. Ordo uero proportionum ex quo ad hanc peruenitur concluſionem, eſt, ut dicamus uirtutes graduum medicinarum eſſe, quæ in æquale cõuertuntur: ſicut iam manifeſtum eſt. Omne autem quod in æquale reſoluitur, in proportione dupli exiſtit. Conſequens igitur eſt ex hoc, ut uirtutes graduum medicinarum ſenſui apparentes, proportionales ſint dupli proportione.

Comparationes Gradnũ ad inuicem.

Cum ergo adiunxeirmus huic concluſioni ſuam comparationẽ: hoc eſt, quod hoc eſt, quod proportio dupli eſt proportionalis: conſequitur ex hoc, uirtutes graduum medicinarum dominantes, proportionales eſſe: ſcilicet ut ſit proportio caliditatis, quæ in æquali conſiſtit ad caliditatem, quæ in primo gradu attenditur, ſicut proportio caliditatis gradus primi, ad caliditatem ſecundi gradus. Et proportio caliditatis gradus ſecundi ad caliditatem tertij gradus, ſicut proportio caliditatis tertij gradus ad caliditatem quarti gradus. Similiter quoque erit proportio frigiditatis, quæ eſt in æquali ad frigiditatem gradus ſecundi, & proportio frigiditatis gradus ſecundi ad tertij gradus frigiditatem. ſicut proportio tertij gradus ad frigiditatẽ quarti gradus. Vi. tutes autẽm contrariæ uirtutibus quæ ab æquali, ſecundum augmentum receſſerunt, ſi denominauerimus ſecundum modum comparationis excedentium, erunt proportionales, addentes: hoc eſt, erit menſura augmenti frigiditatis, quæ eſt in æquali ſupra frigiditatem gradus primi, ſicut menſura frigiditatis gradus primi, ſupra menſuram frigiditatis gradus ſecundi, ſupra menſuram frigiditatis gradus tertij: ſicut menſura frigiditatis gradus tertij, ſupra menſuram frigiditatis gradus quarti. Si autem denominauerimus quaſdam earum ex alijs, erunt æquales: quemadmodum oſtendimus omnes æquales exiſtere, ex eo, quod in æquali reperitur, cum augmenta ſublata fuerint: ipſæ enim partes æquales inuenientur. Huius autem declaratio eſt, quod æquale illud exiſtit in quo continetur tantum caliditatis, quantum & frigiditatis, ſiue partes ſint magnæ, ſiue paruæ. Ponamus igitur, quod æquale ſit pars minima partium, cuius medietas ſit calida: & medietas ſit frigida, & quod caliditas primi gradus dupla ſit eius quod eſt in æquali ex cali-



ditate, ſicut oſtendimus, primum augmentum naturale eſſe augmentum dupli: quia ergo quod in æquali continetur ex frigiditate, æquum eſt ei quod eſt in ipſo ex caliditate, oportet ut ſit caliditas primi gradus dupla etiam frigiditatis, quæ eſt in æquali: cum ipſius frigiditas ſuæ caliditati ſit æqualis. Et quia caliditas primi gradus, dupla eſt frigiditatis, quæ eſt in æquali, erit quod reperitur in ipſo ex frigiditate quantum eſt medietas eius, quod eſt in ipſo ex caliditate. Ergo caliditas erit pars, & frigiditas partis medietas. In gradu quoque ſecundo, quod ex caliditate reperitur, duplum eſt eius, quod eſt in ipſo primo ex caliditate: ſicut patefecimus ex augmento dupli. Sed quod eſt in gradu primo caliditatis, ut oſtenſum eſt, duplum quoque eius eſt quod eſt in æquali ex caliditate, & duplum etiam eius quod eſt in ipſo ex frigiditate. Oportet ergo, ut ſit quod in gradu ſecundo eſt, ex caliditate quadruplum eius, quod eſt in æquali ex caliditate, & quadruplum etiam frigiditatis quæ eſt in ipſo cum menſura, cum ad frigiditatem facta fuerit. Et cum fuerit caliditas ſecundi gradus quadrupla frigiditati quæ eſt in æquali, poſt quam, quod in ipſo eſt frigiditatis, æquum eſt ipſius caliditati, erit caliditas duæ partes, & frigiditas partis medietas. In gradu ſimiliter tertio, quod caliditatis continetur, duplum eſt eius quod eſt in ſecundo ex caliditate: quemadmodum oſtendimus ex incremento dupli. Sed quod in gradu continetur ſecundo ex caliditate, quadruplum exiſtit eius, quod eſt in æquali ex caliditate, & quadruplum etiam eius quod in eodem continetur ex frigiditate. Oportet igitur ut ſit quod in gradu tertio eſt caliditatis, octuplum caliditatis, quæ eſt in æquali, & octuplum etiam frigiditatis eiuſdem, cum menſura, cum ad frigiditatem facta fuerit. Et cum caliditas gradus tertij, octupla fuerit frigiditatis quæ eſt in æquali, erit quod eſt in ipſo ex frigiditate octaua pars eius quod eſt in eo ex caliditate, ergo erit caliditas partes quatuor, & frigiditas pars media. In gradu quoque quarto quod eſt ex caliditate, duplum eſt eius, quod eſt intenſio ex caliditate, quemadmodum ex augmento dupli patefecimus. Sed quod eſt intenſio ex caliditate, iam fuit octuplum eius quod in æquali continetur ex caliditate, & etiam octuplum frigiditatis quæ eſt in ipſo. Oportet igitur, ut ſit quod eſt in gradu quarto ex caliditate, ſexdecuplum eius, quod eſt in æquali ex caliditate, & etiam ſexdecuplum eius quod in ipſo continetur ex frigiditate, cum ad frigiditatem commenſuratum fuerit. quia caliditas gradus quarti caliditatis gradus tertij dupla eſt. Et cum caliditas gradus quarti ſexdecupla fuerit frigiditati, quæ eſt in æquali, erit illud quod eſt in ipſo ex frigiditate, quantum eſt medietas octa-

uæ partis eius, quod in ipſo reperitur ex caliditate. Erit ergo caliditas octo partes, & frigiditas partis medietas. Non diſsimiliter quoque quod ex frigiditate in primo gradu, & ij. & iij. & iiij. continebitur, cum incremento ad caliditatem ſe habebit, ſecundum proportionis modum, quem præmiſimus ex frigiditate: & menſura in humiditate & ſiccitate, ad eundem modum obſeruabitur.

Iam ergo ex hoc manifeſtum fuit, quod cum tu proportionaueris uirtutes contrarias, uirtutibus quæ ab æquali re procedentes peruenerunt ad augmẽtum, quare quælibet in quolibet gradu eſt medietas partis unius inter ſe, erunt æquales. Cum autem proportionaueris eas ſecundum modum relationis quem habent recedentes, erunt proportionales, dupli proportione: hoc eſt, quod frigiditas caliditatis tertij gradus, addit ſuper frigiditatem caliditatis quarti gradus, quantum eſt quarti gradus frigiditas. Similiter quoq; gradus ſecundus ſuper tertium, & primus ſuper ſecundum, & æquale ſuper primũ: hoc eſt, quod frigiditas caliditatis quarti gradus, tanta eſt quanta medietas octauæ, caloris eiuſdem, & in tertio gradu octaua, & ſecundo quarta, & in primo media, & in æquali ſimiliter. Calor quoq; qui attenditur ſecundum dominium frigiditatis in tertio gradu, eodem modo calorem frigiditatis quarti gradus ſuperat cum quantitate caloris quarti gradus. Gradus quoque reſidui ſimiliter ſe habent: in ſiccitate quoque, & humiditate idem inuenitur. Iam ergo ex hoc quod præmiſimus, manifeſtum eſt, omnibus proportionibus, quæ in proportione augmenti attenduntur, proportionem dupli meliorem exiſtere, in qua æquale reperitur: hoc eſt, quod ipſa in æquale reſoluitur, ſicut demonſtrauimus. Muſicæ quoque tractator docuit hanc proportionem omnibus alijs proportionibus meliorem eſse, & * in medicinis conuenientiorem, ſcilicet dupli proportionem.

Alias, in naturis.

Ex hoc quoque declaratum eſt, quoſdam non nominaſse gradum primum, ij. iij. iiij. niſi ſolummodo ſecundum modum quo numeri ordinatio uocatur, & non aliter: hoc eſt, quod etiã eorum ſermo in nominando gradum primum, ij. iij. iiij. intelligitur abſque qualibet duarum intentionum. Quarum una eſt eorum, qui eos ſecundum ordinem numeri, & eorum computationem nominauerunt, quę eſt huiuſmodi, primo, ſecundo, tertio, quarto. Alia autem eorum qui hoc ſecundum uirtutum modum dixerunt: ſcilicet qui quartum gradum nominauerunt, eo quod eius uirtus quadrupla ſit primi: & tertium, quod eius uirtus tripla ſit primi: & ſecundum, quod eius uirtus dupla primi exiſtat. Si qui igitur hos gradus, primum, ſecundum, tertium, quartum, ſic nominari dixerint ſecundum ordinem numeri, & non ſecundum uirtutum ordinationem, non erit eorum dictio conueniens, ſecundum prædictum modum no-



minationis: cum ipſi in gradibus uirtutes quærant. Quod ſi fuerint etiam aliqui, qui dicant in gradibus quartum dici, quod eius uirtus ſit quadrupla primi, & tertium cauſsa ſuæ uirtutis, quæ eſt tripla primi, erit iſte ordo graduum abſque proportione. Nos uero iam oſtendimus in præcedentibus, ipſos proportionales exiſtere.

Galenus quoque in libro x. tractatuum, quem de componendis medicinis edidit, in parte uidelicet octaua, cum de quinta confectione medicinarum Andromachi tractaret, ad curandum ſtomachũ, eorum deſtruxit ſententiã, qui quarti gradus uirtutem primi quadruplam, & tertij primi triplam aſserebant. Confectio autem illa ſatis aperte poteſt in illo libro intelligi, ſi quis intente conſyderare uoluerit: & ſi fuerit boni intellectus, & in proportione inſtructus, intelliget ſententiam illorum qui dicunt, quartum gradum quadrupli primi, & tertium triplum primi, annullatam eſse.

Opinio quorundam circa Graduũ uirtutes.

Alij præterea fuerunt, qui Graduũ uirtutes ſecundum hunc ordinem ſe habere dixerunt: affirmantes, uirtutem caloris primi gradus habere ſe in quinque octauas uirtutis caloris quarti gradus, ideoque tres eius octauæ remanent frigidæ. Dixerunt etiam, quod uirtus caliditatis ſecundi gradus, habet in ſe tres quartas uirtutis caliditatis quarti gradus, & remanebit eius quarta frigida: & quod uirtus caliditatis tertij gradus cõtineat ſeptẽ octauas uirtutis caliditatis quarti gradus, et remanebit eius octaua frigida. Qui autem eos in hanc induxit ſententiam, fuit quidam qui dixit: quod ſi nos miſceremus medicinam in quarto gradu calidam, cum medicina frigida in eodem gradu, æquaretur medicina, & eſsent in ea quatuor partes calidæ, & quatuor frigidæ. Et ſi adderemus quintam partem calidam, eſset calida in primo gradu, eſsentque eius quinq; partes calidæ, & tres frigidæ. Similiter ſi adderemus ſextam partem calidam, in ſecundo gradu eſset calida, & eſsent eius tres quartæ calidæ, & alia quarta frigida. Septimam quoque partem calidam ſi adderemus, eſset medicina calida in tertio gradu, eſsentque ipſius ſeptem octauæ calidę, & reliqua octaua frigida. Quod ſi octauam partem calidam adderemus, eſset medicina calida in quarto gradu, & eſset tota calida, nihil in ſe habens frigiditatis. Huius autẽ intentio falſa exiſtit, & ſecundũ modum experimenti, & ſecundũ eum qui argumentatur contra eũ, ponens principium ſuũ ſecundum dicta illius: hoc eſt, quod ſi prędictus miſceret medicinã calidam in tertio gradu, cũ medicina frigida in eodem gradu, æquaretur medicina, eſsentque in ea tres partes calidæ, & tres frigidæ: quod ſi pars una caliditatis adderetur, eſset calida in primo gradu, & eſsent eius quatuor partes calidæ, & duæ frigidæ: eſsent ergo ſecundum hoc, primi gradus duæ tertię calidæ, & una frigida: ex præmiſ-

Dilutio opinionis pręcedentis.

ſis uero quinque eius octauæ fierent calidæ, & tres frigidæ: hoc autem eſt impoſsibile. Similiter quoque, ſi pars ſecunda cum prima fieret calida, eſset medicina calida in ſecundo gradu, eſsentque eius quinq; partes calidæ, & pars reliqua frigida: ergo ſecundum hunc modum, quinque ſextę ſecundi gradus exiſterent calidæ, & una frigida: ſed in pręcedentibus eius tres quartę fuerunt calidæ, una quoque frigida: quod omnino contrarium & impoſsibile eſt. Ita etiam, ſi pars tertia cum ſecunda, & prima calida fiat, erit medicina tota calida, nihil in ſe retinens frigiditatis. Sed in pręcedentibus oſtenſum fuit, quod cum pars tertia cum partibus quæ ipſam pręcedunt in quarto gradu calida ſit, eius ſeptem octauæ calidę exiſtunt, & reliqua octaua frigida. Ideoq; hæc intentio falſa manifeſte exiſtit. Non enim oportet, ut huius intentionis inuento aliquo, in gradu quarto attendat quod non æque in gradu tertio, & ſecundo obſeruari poſsit. Poſtquam ergo huius intentionis falſitas manifeſte apparuit, & eius etiā ſententia manifeſte deſtructa eſt, qui uirtutē quarti gradus primi quadruplā, & tertij triplam primi aſserebāt, ex eo, quod G. in receptione medicinæ ſui libri comprobauit, & ex eo quod nos declarauimus.

Et poſtquam oſtenſum eſt, quod gradus dupli proportione proportionales exiſtunt, ſcilicet quod proportio uirtutis gradus primi, ad ſecundum eſt in effectu, ſicut proportio uirtutis gradus ſecundi ad tertium, & proportio uirtutis gradus tertij ad quartū: declarabo nunc, quomodo compoſitio componendi medicinas, ſecundū hanc proportionem, quæ omnibus alijs in proportione augmentorū melior exiſtit, comprehendi queat.

## ❧ De Compoſitione MEDICINARVM in generali, quæ fit ſex modis.

DICAM ergo, quod Compoſitio Medicinarę, licet infinitas recipiat ſectiones, in ſex tamen reſtringitur, quæ ſub regulis rationis cōpre-
1 henſę ſunt. Quarū una eſt, Compoſitio medicinę calidæ, cum alia medi-
2 cina calida. Et ſecunda, Compoſitio medicinę frigidæ, cum alia medicina
3 frigida. Et tertia, Compoſitio medicinę calidæ, cum medicina frigida.
4 Quarta quoq; medicinę Compoſitio, eſt medicinę temperatæ, cum alia
5 medicina temperata. Quinta, etiā Compoſitio medicinę temperatæ cum
6 medicina calida. Sexta, Compoſitio medicinę temperatæ, cum medicina
frigida. Compoſitio quoq; medicinę calidæ, cum alia calida, tribus modis fit. Vnus eſt, ut ipſa medicina miſceatur medicinę æque calidæ ut ipſa eſt. Secundus eſt, ut cōiungatur medicinę maioris caliditatis. Tertius eſt, ut medicina minoris caliditatis, medicinę maioris caliditatis coniungatur. Quod ſi Compoſitio medicinæ ex æque calidis fiat, non erit in ea

Compoſitio Medicinæ calidæ cum calida triplex.



caloris augmentum, & non minuetur ex ea aliquid. Et ſi compoſitio medicinæ fiat ex medicina calida, & alia quæ ſit minoris caliditatis, erit medicina compoſita minus calida. Sed ſi compoſitio medicinæ fiat ex calida, & alia quæ ſit maioris caliditatis, erit medicina compoſita, magis calida, neque minuetur ex ea aliquid, & erit eius caliditas inter augmentum & diminutionem. Nos itaque huius quod diximus exemplum ponamus. Cum miſcuerimus duas aquas, quarum unaquæque ſit bulliens in ſummo, neque in noſtra permixtione aliqua intrauerit mora, non minuetur ex earum caliditate aliquid, ſed remanebunt feruentes utræque. Si autem unam minus feruentem cum alia miſcuerimus quæ magis ferueat, augmentabitur caliditas aquæ minus feruentis, propter aquam magis feruentem: & minuetur caliditas aquæ multum feruentis, propter aquam minus feruentem. Non eſt tamen conueniens, ut exiſtimemus medicinam calidam, caliditatem calidioris medicinæ cui admiſcetur, minuere propter modum qualitatis minoris caliditatis, ſed propter proprietatem eius, quod eſt cum eius minore caliditate ex qualitate frigiditatis. Eodem modo, medicinæ frigidioris frigiditas minuetur ex eo, quod eſt minus frigida ex qualitate caliditatis. Propter hoc etiam in præcedentibus declarauimus, frigiditatem, quæ eſt cum caliditate primi gradus, æquari medietati caliditatis ipſius: & ſic in reliquis gradibus eſt intelligendum: ut ex hoc cognoſcas illud quod nomen frigiditatis comprehendit, ex nomine caliditatis, aut ex nomine caliditatis nomen frigiditatis, aut nomen humiditatis ex nomine ſiccitatis, aut nomen ſiccitatis ex nomine humiditatis pendere: quemadmodum in ſequentibus propalabo.

Exemplum.

## ❧ De Compoſitione MEDICINAE quæ fit ex frigida medicina cum alia frigida.

COMPOSITIO uerò Medicinæ, quæ fit ex frigida medicina cum alia frigida, tribus etiam fit modis. Vno, ut medicina frigida in compoſitione iungatur alij medicinæ eiuſdem frigiditatis. Non ergo quando fit compoſitio, augmentabitur frigiditas, neque minuetur ex ea aliquid. Secundo, ut in compoſitione medicina frigida, cum alia maioris frigiditatis admiſceatur. Tertio uero, ut in compoſitione medicina frigida cum alia minoris frigiditatis admiſceatur. Diminutæ igitur frigiditas, ex augmentatæ frigiditate augebitur, & augmentatæ frigiditas ex diminutæ frigiditate minuetur: eritque medicina compoſita, inter frigiditatem frigidioris, & frigiditatem minus frigidæ. Hoc quoq; manifeſtum eſt & apparens ei qui propoſitum exemplum memoriæ commendauerit. Rurſus in compoſitione quæ fit ex coniunctione medicinæ calidæ cum frigida, unaquæque qualitatum a ſua minuitur contraria. Et rur-

Compoſitio medicinæ frigidæ cum frigida triplex.

ſus in compoſitione quæ fit ex commixtione medicinæ æqualis cum alia æquali, erit medicina ex eis compoſita æqualis. In Compoſitione quoq; medicinæ, quæ fit ex coniunctione medicinę calidæ non æquali, erit medicina ex eis compoſita non æqualis. quia cum æquale inæquali admixtum fuerit, non erit medicina ex eis compoſita æqualis. hoc eñ unum eſt ex per ſe notis, quæ probatione non indigent. Et neceſſe eſt, ut caliditas medicinę calidæ, minuatur ex eo quod declarauimus. Et hoc eſt, quod illud quod eſt in minus calido, ex qualitate frigiditatis reprimit caliditatem eius quod eſt magis calidum. Huius ſermonis ſumma eſt, quod cum compoſitio fit ex cõmixtione æqualium cum æqualibus, & calidorum cum æque calidis, & frigidorũ cum frigidis eiuſdem frigiditatis, non augmentabitur eorũ uirtus, neq; minuetur ex eo quod eſt in ea aliquid: eſſet ergo temperata, aut calida, aut frigida. Sed ſi compoſitio fit ex commixtione diuerſarum medicinarum ex augmento & diminutione, aut ex contrarietate, minus ab augmentato augebitur, & maius a diminuto minuetur.

¶ Expoſitio Compoſitionis MEDICINAE, & renunciatio compoſitionis medicinæ calidæ, cum alia medicina calida.

CONGREGABIS itaq; pondera calidarum quæ in gradibus ſunt, & ſeruabis ea: quę etiam in eis ex uirtutibus frigidis reperitur coniungens, & quę ſit earum denominatio, ex numero calidarũ uirtutum ſcies. Nos autem iam ſæpe in eis quæ præceſſerunt diximus, quod cum uirtutes frigidæ fuerint tantum, quantum media pars calidarum uirtutum, erit medicina ex eis compoſita, in primo gradu calida: & cum uirtutes frigidæ fuerint quantum quarta pars calidarũ uirtutum, erit medicina in ſecundo gradu calida: & cum fuerint uirtutes frigidæ quantum octaua uirtutum calidarum, erit medicina calida, & in tertio gradu: & cum fuerint frigidæ medicinæ uirtutes, quantum ſextadecima pars uirtutum calidarum, erit medicina calida in quarto gradu. Similiter quoque inuenietur regula medicinarum frigidarum, in quibus frigiditas dominatur, & uni quatuor graduum comparabitur. Quod ſi uirtus medicinæ intra duos ex quatuor gradibus fuerit, proportionem eius ex differentia, quæ inter illos duos gradus inuenitur, ſcias. Eius itaque quod diximus exemplum ponamus. Hoc eſt, quod cum miſcuerimus pondus ʒ. i. maſticis, quod in ſecundo gradu exiſtit calidum, cum pondere ʒ. ij. cardamomi, quod eſt in primo gradu calidum, multiplicabimus uirtutem caliditatis gradus primi, quæ una eſt, in duabus ʒ. cardamomi, & prouenient inde duæ partes: deinde multiplicabis etiã uirtutem gradus ſecundi, quæ eſt duo, ſecundum primam regulam in i. ʒ.

Graduum in Compoſitis diſcretio.



maſticis, & prouenient inde partes duæ. Adiunges itaque duas partes caliditatis cardamomi, duabus partibus caliditatis maſticis, & fiunt quatuor partes calidæ: quas conſeruabis, quemadmodum indicaui tibi. Tu autem iam ſciuiſti ex præmiſsis, quod partes frigidæ, quæ cum caliditate primi gradus exiſtunt, ſicut quantum caliditas, medietas calidarum partium: eſt ergo in illa ex frigiditate, pars media, cum ad partes calidas comparata fuerit. Multiplicabis igitur hanc mediam in pondus ʒ. ij. cardamomi, & erit pars integra frigida. Similiter quoque tu iam ſciuiſti, quod partes calidæ caliditate ſecundi gradus, duplum ſunt primi, & quod earum quarta eſt frigida, & quod quarta duorum eſt medietas. Multiplicabis itaque medietatem in pondus unius ʒ. maſticis, & erit medietas frigida. Eam igitur adiunges parti frigidæ, & peruenient ex eis pars, & medietas partis frigiditatis. Scies itaque quæ ſit denominatio partis, & mediæ partis frigidæ, & ex quatuor partibus calidis quas ſeruaſti: ipſæ autem erunt tres octauæ. Oſtenſum eſt igitur, quod huiuſmodi medicinæ compoſitæ tres octauæ, quæ ſunt cum eius partibus calidis, frigidæ ſunt. Iam autem ſciuiſti, quod frigiditas quæ eſt cum caliditate primi gradus, eſt quantum medietas eius quod eſt in illo ex caliditate: & quod frigiditas quæ attenditur reſpectu caliditatis gradus ſecundi, eſt quantum pars quarta caliditatis ipſius. Sciuiſti etiam, quod tres octauæ minus ſunt medietate, quæ eſt frigiditas quæ in caliditate primi gradus reperitur, & plus quam quarta, quæ eſt frigiditas, quæ ſecundum caliditatem ſecundi gradus attenditur. Oportet igitur, ut medicina hæc, cuius tres octauæ, quæ cum partibus calidis inueniuntur, frigidæ ſunt, intra gradum primum & gradum ſecundum exiſtat.

Cum ergo uoluerimus ſcire, in quoto gradu ſit medicina calida: ſuperfluitatem, qua frigiditas, quæ ſecundum gradum attenditur primum, frigiditatem quæ cum gradu ſecundo reperitur, ſuperat, ſcias: quæ eſt quartæ partis frigidæ. Minues itaque hanc ex octauis tribus, quæ ſunt frigiditas compoſitæ medicinæ, & remanebit octaua. Deinde ſcies quæ ſit denominatio eius, ex quatuor, quæ eſt ſuperfluitas, quæ inter duos gradus inuenitur: inuenieſque ipſam eſſe medietatem. Ex hac ergo medietate caliditas ſecundi gradus reprimetur. Minues itaque hanc denominationem a gradu ſecundo, & erit medicina compoſita in medio ſecundi gradus calida. Et hoc eſt quod demonſtrare uoluimus. Regula quoque quæ in compoſitione medicinæ frigidæ cum medicina frigida attenditur, erit ſimiliter.

### Dominatio Compoſitionis Medicinæ.

VIRTVTES ponderum Medicinarum calidarum, quæ in gradibus attenduntur, aggregabis: & ex eis etiam ex uirtutibus frigidis adunabis: & unumquodque eorum ſeparatim per ſe ſeruabis: uirtutes quoque ponderum frigidarum medicinarum, quæ in gradibus attenduntur: & quod cum eis eſt ex uirtutibus calidis, adiunges, & uirtutes frigidas, uirtutibus frigidis. Si ergo uirtutes calidæ cum frigidis alternentur, medicina compoſita in caliditate & frigiditate erit æqualis. Quod ſi uirtutes calidę frigidis plures fuerint, ſcies denominatiōem uirtutum frigidarum ex eis: & facies ſicut pręmiſimus. Frigidæ quoq; uirtutes, ſi calidis plures extiterint, quæ ſit uirtutum calidarum denominatio ex eis, notabis: & facies ſicut præmiſſum eſt. Compoſitio autem medicinę æqualis cum æquali, eſt ſicut diximus: uidelicet quod medicina ex eis compoſita erit æqualis.

### Narratio Compoſitionis MEDICINAE æqualis, cum medicina calida.

VIRTVTES ponderum Medicinarum æqualium frigidas, & calidas, uniuſcuiuſq; uidelicet gradus per ſe aggregabis: uirtutes quoque calidarum medicinarum, & quod cum eis eſt ex uirtutibus frigidis, ſimiliter congregabis: deinde uirtutes calidas calidis, & frigidas frigidis adiunges: & uirtutes frigidas ex calidis denominabis, & facies ut pręmiſſum eſt. Cuius exemplum eſt: ut miſceamus mannæ ʒ. 1. cum cardamomi. ʒ. 1. Et ea iam ſciuiſti, ꝙ illud quod ex caliditate in medicina æquali continetur, eſt quantum etiam in ipſa ex frigiditate. Et quia hoc ita eſt, medietas eius calida, & alia frigida eſt. quod enim & ſecundum hoc in ipſa eſt ex caliditate, eſt pars media: & quod ex frigiditate, pars media. Quod ſi poneremus quod in ea continetur ex caliditate partem, & quod ex frigiditate partem, & gradus alios ſecundum hunc ordinem ſtatueremus, ſcilicet proportione dupli proportionales erunt. Sed quia, caliditas primi gradus, & ipſius frigiditas, in ipſis partibus continentur, quæ ſenſui manifeſte occurrunt, melius eſt, ut quod in æquali continetur ex caliditate, & frigiditate, ponatur pars media calida, & media frigida. Accipies itaque pro. ʒ. cardamomi, partem unam calidam, & mediam frigidam: propter hoc qnod demonſtrauimus: pro ʒ. quoque mannæ ſumes mediam partem calidam, & mediam frigidam; deinde coniunges partes calidas duarum medicinarum, & prouenit ex eis pars, & partis medietas calidæ: partes quoque frigidarum duarum medicinarum aggregabis, & prouenit ex eis pars una frigida. Scies itaque, quæ ſit denominatio partis ex parte, & media, & erunt duæ tertiæ. Scies ergo, quod huiuſmodi expoſitæ medicinæ calidę duæ tertiæ, frigidæ ſunt. Oportet ergo, ut hæc medicina compoſita æqualis ſit calidior: eo quod calor qui eſt in æquali, eſt quantum ipſa frigiditas. Scias ergo differentiam quæ eſt inter æqualem, & gradum primum ſecundum frigiditatem: & hoc eſt medietas. Minues igitur eam ex duabus tertijs, & remanebit ſexta: deinde ſcies quæ ſit eius denominatio, ex differentia quæ eſt inter æquale, & primum gradum: & inuenies tertiam. Ex hac ergo denominatione, caliditas primi gradus fuit repreſſa. Ideo medicinæ caliditas erit in duabus tertijs gradus primi. Et hæc eſt regula quæ obſeruanda eſt in compoſitione medicinæ æqualis, cum frigida. Illud præterea quod tibi patefeci in uirtutibus calidis & frigidis, ex me intellige, quia in humidis & ſiccis idem obſeruatur: & ſimiliter in reſiduo eius totius quod in hoc libro continetur, ex intentione caliditatis & frigiditatis.



### Exemplum componendi Medicinam.

| Medicinæ | Pondera | Caliditatis | Frigiditatis | Siccitatis | Humidit. |
|---|---|---|---|---|---|
| Cardãomi | ʒ 1. | pars una. | pars media. | pars una. | ꝑs media. |
| Zuccari | ʒ ij. | partes duæ. | pars una. | ꝑtes duę. | ꝑs prima. |
| Indi | ʒ 1. | pars media. | pars una. | pars una. | ꝑs media. |
| Emblici | ʒ ij. | pars una. | partes duę. | ꝑtes duę. | pars una. |

Congregabis itaque partes calidas, & erunt quatuor, & media: partes quoq; frigidas colliges, & erunt quatuor, & dimidia: & ſiccæ erunt ſex, & humidæ tres. Poſtea ſcies quæ ſit frigidarum partium denominatio ex calidis. Ipſæ uero fiunt totidem, quot & illæ. Cum igitur æquales fiunt illis, medicina compoſita in caliditate & frigiditate erit temperata. Deinde ſcies etiam denominationem partium humidarum ex ſiccis, quæ eſt earū medietas: & quia ſic etiam medicina eſt ſicca in primo gradu, & in caliditate & frigiditate æqualis.

### Exemplum Compoſitionis alterius Medicinæ.

| Medicinæ | Pondera | Caliditatis | Frigiditatis | Siccitatis | Humidit. |
|---|---|---|---|---|---|
| Maſticis | ʒ 1. | partes duę. | pars 5. | partes ij. | ꝑs media. |
| Cardãomi | ʒ ij. | partes duę. | pars 1. | partes ij. | pars una. |

Pars 5. media, uel ſemis, idem.

Partes calidas adunabis, quæ erunt quatuor: frigidæ autem cum collectæ fuerint, erunt pars una & 5. ſiccæ erunt, iiij. humidę uero erunt pars una, & 5. Deinde ſcies denominationem partium frigidarum, ex qua prouenient tres octauę: tres autē octauę minus ſunt medietate, quæ eſt frigiditas gradus primi, & plus quam quarta, quę eſt frigiditas gradus ſecundi. Erit ergo caliditas huius medicinę compoſitę, addens ſupra caliditatem gradus primi: quia eſt plus duplo frigiditatis medici-

næ compoſitæ, Scias itaque, ſuperfluitatem frigiditatis quæ eſt intra gradum primum & ſecundum, quę eſt quarta (quam poſtquam minueris ex tribus octauis, remanebit octaua) ſcias ergo denominationem eius ex quarta, quæ eſt duorum graduum differentia, & inuenies eam medietatem. Eſt itaque ex hoc ſcitum, frigiditatem huius medicinæ, ſuper frigiditatem gradus ſecundi per quantitatem medietatis, augmentum fore. Ex hoc igitur conſequitur, caliditatem gradus ſecundi, minoratam eſſe ſecundum quantitatem ſuæ medietatis. Quantitas autem augmenti frigiditatis medietatis, ſupra frigiditatem gradus tanta eſt, quanta diminutio caliditatis ſuæ. Cuius rei probatio eſt, quod ſi frigiditas gradus ſecundi augmentatur ſecundū quantitatem frigiditatis quæ eſt in gradu ſecundo, reprimetur caliditas ipſius gradus, & deſcendet ad gradum primum. Quod ſimiliter erit obſeruandum in reliquis gradibus. Iam igitur manifeſtum fuit, menſuram augmenti frigiditatis medicinæ, ſupra frigiditatem gradus menſuræ diminutionis caliditatis eiuſdem gradus æquari. Vnde cum medietas caliditatis gradus ſecundi, in prædicta medicina ſit diminuta, relinquitur ut ſit eiuſdem caliditas caliditatis medietas gradus ſecundi: aut ſi mauis, fac ſecundum hoc quod præceſsit in ſuperfluitate: quæ intra gradum primum & ſecundum inuenitur. Hoc tamen leuius eſt, & manifeſtius apparet probatio eius operationis.

| Medicinæ | Pondera | Caliditatis | Frigiditatis | Siccitatis | Humidi. |
|---|---|---|---|---|---|
| Maſticis | ʒ ij. | Partes iiij. | Pars 1. | Partes iiij. | Pars una. |
| Alchon | ʒ 1. | partes ij. | pars 5. | partes ij. | pars 5. |
| Balauſtiæ | ʒ 1. | pars 5. | partes ij. | partes ij. | pars 5. |
| Harmel | ʒ 1. | partes iiij. | pars 5 | partes iiij. | pars 5. |
| Emblici | ʒ ij. | pars 5. | pars 1. | pars 1 | pars 5. |
| Nigellæ | ʒ ij. | partes viij. | pars 1. | partes viij. | pars 1. |
| Euforbij | ʒ 1. | partes viij. | pars 5. | partes viij. | pars 5. |
| Naſturtij | ʒ 1. | partes viij. | pars 5. | partes viij. | pars 5. |

Huius itaq; Medicinæ partes frigidæ, ſi ex calidis denoïentur, erunt ipſarū quinta: quinta uero minor eſt quarta, quæ eſt quantitas frigiditatis gradus ſecundi: & maior octaua, quæ eſt frigiditas gradus tertij. Quapropter conſyderandū eſt, q̄ ſit augmentū quintæ ſuper octauā, & inuenietur eſſe trium quartarū decimæ: denominabis ergo eas ex octaua, & erunt tres quintę. Minuentur igitur tres quintę a gradu tertio, & remanebit medicina calida in duabus quintis gradus tertij. Quod ſi hæc medicina ex c. ʒ. mellis conficiatur, erit ſecundū hunc numerū, & hoc pon-



dus. Erit enim frigiditas ipſius minor quarta per quantitatem unius partis, & trium quartarum partis unius, quod eſt ualde paruum. Oportet igitur, ut huius medicinæ caliditas ſecundi gradus, a caliditate ſit maior ſecundum paruam quantitatem, uidelicet partis, & trium quartarum unius partis.

| Medicinæ | Pondera | Caliditatis | Frigiditatis | Siccitatis | Humiditatis |
|---|---|---|---|---|---|
| Maſticis | ʒ ij. | Partes iiij. | Pars 1. | Partes. iiij. | Pars 1. |
| Acori | ʒ 1. | partes ij. | pars 5. | partes ij. | pars 5. |
| Balauſtiæ | ʒ 1. | pars 5. | partes ij. | partes ij. | pars 5. |
| Harmel | ʒ 1. | partes iiij. | pars 5. | partes iiij. | pars 5. |
| Emblici | ʒ ij. | partes viij. | pars 1. | ptes viij. | pars 1. |
| Nigellæ | ʒ ij. | partes viij. | pars 1. | ptes viij. | pars 1. |
| Euforbij. | ʒ 1. | partes viij. | pars 5. | ptes viij. | pars 5. |
| Naſturtij | ʒ 1. | ptes viij. | pars 5. | ptes viij. | pars 5. |
| Mellis | ʒ c. | partes cc. | pars 1. | partes cc. | pars 1. |

### Directio, ſiue rectificatio Graduum, unius ſcilicet ex contrarietate quæ eſt in alio.

GRADVS itaq; caliditas atq; frigiditas, a ſuis cōtrarijs, quæ in alijs ſunt gradibus, rectificant̄ ab illis, ſcilicet quæ ſunt in gradu tertio, ex quantitate dupli, & ſeptimæ unius: & ab his quæ ſunt in gradu ſecundo, ex quintuplo: ab his quoq; quę ſunt in gradu primo & quindecuplo. Gradus item tertij caliditas & frigiditas a ſuis contrarijs, quæ in alijs ſunt gradibus, rectificantur ab his, ſcilicet quæ ſunt in ſecundo ex duplo, & tertia unius: & ab his quæ ſunt in primo, ex ſeptuplo. Gradus quoq; ſecundi caliditas & frigiditas, rectificantur a ſuis contrarijs quæ ſunt in primo ex triplo. Rectificatio uero hic, temperamentum intelligitur. Intenditur enim, ut caliditas frigiditate temperetur, aut frigiditas caliditate, & ſic in alijs. Ideoq; æquale nullum temperat ex gradibus, cum ipſius caliditas ſit quanta eius frigiditas. Vnde dum medicina componitur ex æquali, & non æquali, nunquam erit æqualis. Scias ergo hoc

Rectificatio Graduum quid ſit.

### Compoſitio quarti Gradus cum ſuo contrario, quod eſt in primo, ut ab eo temperetur.

| Medicinæ | Pondera | Caliditatis | Frigiditatis |
|---|---|---|---|
| Piperis | ʒ 1. | Partes viij. | Pars c. |
| Hypoquiſtidos | ʒ ij. & vij. | Pars 1. et media vij. | Partes 8. et ſ. vij. |

Huius itaq; compoſitæ medicinæ partes, calidæ ſunt, viiij. & media ſeptima. Frigidæ ſimiliter ſunt, viiij, & media ſeptima.

¶ Compoſitio quarti Gradus cum eo quod ex ſuo contrario inuenitur in ſecundo, ut temperetur.

| Medicinæ | Pondera | Caliditatis | Frigiditatis |
|---|---|---|---|
| Piperis | ℥ 1. | Partes viij. | Pars 5. |
| Balauſtiæ | ℥ v. | Partes ij. 5. | Partes x. |

Huius quoq; medicinæ calidæ partes ſunt. x. & media: & frigidæ ſimiliter decem & media.

¶ Compoſitio Gradus quarti cum eo quod eſt in primo ex ſuo contrario, ut temperetur.

| Medicinæ | Pondera | Caliditatis | Frigiditatis |
|---|---|---|---|
| Piperis | ℥ 1. | Partes viij. | Pars 5. |
| Violarum | ℥ v. | Partes vij. & 5. | Partes xv. |

Huiuſmodi medicinæ partes calidæ ſunt quindecim, & 5. & frigidæ, quindecim & media.

¶ Compoſitio Gradus tertij, cum eo quod in gradu ſecundo inuenitur ex ſuo contrario, ut temperetur.

| Medicinæ | Pondera | Caliditatis | Frigiditatis |
|---|---|---|---|
| Aſari | ℥ 1. | Partes iiij. | Pars media |
| Arnogloſsæ | ℥ & tertia | ps 1. & vij. unius | pt. iiij. et duæ tertiæ unius. |

Huius ſimiliter medicinæ partes calidæ ſunt quinq;, & ſexta: & frigidæ. v. & ſexta.

¶ Compoſitio Gradus tertij, cum eo quod ex ſuo contrario in primo gradu exiſtit, ut temperetur.

| Medicinæ | Pondera | Caliditatis | Frigiditatis |
|---|---|---|---|
| Galangæ | ℥ 1. | Partes iiij. | Pars 5. |
| Mirobalani | ℥ vij. | Partes iij. et 5. | Partes vij. |

Huius medicinæ compoſitæ partes calidæ ſunt, vij. et media: frigidæ, vij. & media.

¶ Compoſitio gradus ſecundi, cum eo quod ex ſuo contrario in primo gradu inuenitur.

| Medicinæ | Pondera | Caliditatis | Frigiditatis |
|---|---|---|---|
| Ambræ | ℥ 1. | Partes ij. | Pars 5. |
| Bellirici | ℥ iij. | Partes 1. et 5. | Partes iij. |



Huius ſimiliter compoſitio medicinæ calidæ partes ſunt, iij. & 5. & frigidæ, iij. & dimidia.

¶ Quia igitur in principio libri quædam præpoſita fuerunt ſigna, in quibus numeri proportionales quaſi confuſe diſpoſiti ſunt, ideo in hoc loco ad maiorẽ expreſsionem hanc ſubijcimus tabulam: ut quod ibi dicitur, diſtincte intelligatur.

CAVTELA De partibus Graduum.

| | | |
|---|---|---|
| 1. | 1. | 1. |
| 1. | ij. | iiij. |
| ij. | iij. | iiij. |
| iij. | v. | vij. |
| ij. | v. | xi. |
| iij. | viij. | xviij. |

De partibus Graduum ſciendum eſt, quod ſi quis ſubtiliter uoluerit attendere remiſsæ qualitatis augmentum, & intenſæ remiſsionem, inueniet eas certiſsime. Caueat tamen, ne unquam eas æquales reddat: non enim eſset tunc in gradu.

¶ Medicinæ Galeni compoſitio, quam ſecundũ Andromachum ædidit, in octaua parte, lib. x. tractatuum.

| Manſiones | Medicinæ | Pond. | Caliditatis | Frigid. | Humid. | Siccitatis |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Fri. et ſic. in 2. | Arnogloſ. | pt. vij. | par 1. | pt. iiij. | pars 1. | ptes iiij. |
| Cal. et ſi. in 2. | Maſticis | ptes ij. | ps 1. & ij. | iij. ps 1. | tert. pt. 1. | ps 1. et iij |
| Ca. et ſic. in 2. | Myrrhæ | pars 1. | ptis 2. iij. | pt. ſexta | ptis ſexta | pt. 3. ij. |
| Cal. et ſi. in 2. | Mentæ | pars 1. | ptis 2. iij. | pt. ſexta | ptis ſexta | part. 3. ij. |

Receptio huius medicinæ, quæ in libro 10. tractatuum continetur, in quo ſecundum autoritatem Andromachi ſcripſit, in tractatu ſcilicet octauo, cuius etiam Alkindus autoritatem induxit, ſi ſecundum dupli compoſitionem accepta fuerint uerba Galeni, uera inueniuntur. Calidis eñ ſtomachi paſsionibus confert, propter multitudinem frigidarum partium. Quod ſi ſecũdum uerba eius accipiatur, qui dixit quartum gradum eſſe primi quadruplũ, & tertium primi triplum, Galeni uerba erunt erronea, & erit medicina ſtomacho nociua: propter multitudinem calidarum partium. Scias ergo hoc.

FINIS.

## AD LECTOREM.

¶ Primum te Lector candide monemus, ut quas uocum directiones legeris in hoc Indice, ſimplici, atque unica appellatione ſignatas (pręcipue uero Tacuinorum tabulas ſpectantes) ſeſe ad præcedentem ſui ordinis typum præcedentis numeri referre. Vt ab exemplo, Ficus fol. 19. Tacuinum ſui ordinis e regione ſiniſtri lateris numerum. 38. reſpicit, gradum, naturam, & cætera id genus multa oſtendens, tanta rerum uarietate, ut quod ad Res non naturales pertineat, non alter expreſſerit pulchrius, copioſius, limatius hoc Autore. Quæ uero cum ijs contextu quodam uerborum uides, paſsim Alkindi, paſsim quoque Albegneſit ſcriptis exſucta ſunt, eadem tamen ſerie, chartarumque numero clauduntur. Vale.

## ¶ INDEX trium Autorum huius Libri.


¶ A.

ABſtergentia 133
Acetum, & Acetata 56.57
Acetata proprie 13
Acetoſa non proprie,
  & eorum præparatio ad cibum. eo.
Adeps, & pinguedo 75
Adurentia 134
Aer temperatus, & diſtemperatus 36
Aeris quadruplicis uirtus & operatio 36.37
Aer epidimicus 117
Agreſtia 79
Agreſtæ ſuccus 55
Alæ, & Colla animalium 75
Allium 56
Alterationis ciborum & medicinarum uelocitas & difficultas 120
Alue 55
Ambra 111
Amigdalæ amaræ 93
Amigdalę cum ſale 97
Amylum 47
Anetum 54
Anguillæ 71
Animæ accidentia quinque 29
Aperientia orificia uenarum 133
Apium 53
Apium duplex ibi.
Aqua 107
Aqua hordei 47
Aqua Camphoræ 89
Aqua fontalis 91
Aqua pluuialis eo.
Aqua niui mixta eo.
Aqua calida eo.
Aqua fortiter calida 107
Aqua frigida eo.
Aqua ſalſa 91
Aqua ſulfurea ibi.
Aqua æris ibi.
Aqua terrea ibi.
Aqua aluminoſa ibi.
Aqua delectabilis 107
Aqua Roſacea 111
Aquarum delectus, uarietas, & earum naturæ 25
Aſa 55
Aſſatum, & aſſatura 13
Aſſipitium 8.71
Aſſum 85
Aſſum ſuper carbones 83
Aſſum in ueru eo.
Attrahentia 131
Atriplex 59
Augmentorum modi quinque 141
Auium ſyluestrium ordines 69

¶ B

BAlneum 107
Balnei operationes, iuuamenta & nocumenta 32
Balneorum ornatus 33
Berbereſia 79
Biſmagard 83
Biſmalua 109
Bletæ paruæ 59
Bletæ magnæ eo.
Brodium cicerum 77
Bubulichi 71
Buſſuri 41
Butyrum recens & coctum 15.65.

¶ C

CAffallationes 41
Caloris ignis, & uaporis humani diſcretio 121
Cameræ 107
Cameræ æſtiuales 103
Cameræ hyemales eo.
Camerarum præparatio 35
Camphora 111
Cancri 71
Candi 97
Cannæ mellis eo.
Cantus 99
Cantus muſicus 29
Capparis 57
Capitis lotio, abſterſio, & pectinatio 33
Capita animalium 73
Cardones lactauli 59
Cardones aſinini ibi.





Carmeni 55
Carnium natura, & delectus 16
Carnes porcinæ 18
Carnes ſylueſtres 17
Carnes membrorum animalium 18
Carnes arietum 65
Carnes caprarum & hędorum eo.
Carnes uitulorum eo.
Carnes uaccinæ & camelinæ eo.
Carnes ſalitæ eo.
Carnes Gazelorum 67
Carnes leporinæ eo.
Carnes gruum eo.
Carnes biſtardi eo.
Carnes pauonum eo.
Carnes anatum & anſerum eo.
Carnes perdicum, ſturnorum, phaſianorum, coturnicum, & turturum eo.
Carnes auicularum 69
Carnes gallinarum eo.
Carnes gallorum eo.
Carnes pullorum, columbarum, & turturum eo.
Carnes animalium caſtratorum eo.
Cartami flos 55
Carruc 41
Carui 55
Caſeus recens 61
Caſeus uetus eo.
Catayf cum nucibus 87
Cepæ 57
Cerebra animalium 73
Chabis 59.87
Chalde 13. & ſeq.
Chaloe cum nucibus 87
Choformia 79
Chriſomela 41
Chures cum oleribus 63
Ciborum ſimplicium qualitates & gradus 7
Cibus ſimpliciter compoſitus 8
Ciborum compoſitorum naturæ eo.
Ciborum iudicium iuxta ſapores eo.
Ciborum rectificatio, & remotio nocumenti eorum 9
Circa ciborum operationes principia quędam generalia eo.
Cibus medicinalis eo.
Cibalis medicina eo.
Cibi qua cura ſumendi, uel fugiendi 20. & ſeq.
Ciborum diuerſitas, & eorum uaria operatio 21.22.110
Ciborum & medicinarum cognitio diſcitur octo uijs 119. & 120.
Cicera 55
Ciminum comune eo.
Ciminum nigrum 55
Ciperi 89
Citra 95
Citraria 53
Citrulli 57
Cydonea, Citonia 41
Coci offitium, cura, & culinæ prouiſio 19
Coitus 31.103.
Coitum ſtimulantia 138
Coitum abſcindentia eo.
Colla animalium 73
Coluſtrum 15.61
Confabulator 101
Confabulator in ſomnis eo.
Confortantia, & nocentia ſtomacho 136
Conſolidantia 134
Conſtipatio 103
Conſtringentia poros & uenas 134
Corda animalium 73
Coria & cutes animalium 75
Coriandrum 55.85
Corrodentia & putrefacientia 134
Corumbria 79
Coturnices 69
Crocus 55
Cucumeres 57
Cucurbitæ 59. 63
Cumabitia 82
Cuſkabenchi eo.
Cuzardi 69

¶ E

DAug, uel Dauſum 61
Darriæ 41
Darſini 55
Dentium præparatoria, mundificatio, & conſeruatio 24.89
Dentibus nociua 25
Dentium ſtupefactionem auferentia 44
Digeſtionis bonæ, aut malæ ſigna 22
Dihiſcera 81
Diminuentia carnem ex ulceribus 134

¶ E

EBrietas 101.103
Ebrietatis remedia 53
Elixum, & Elixatura 13
Enula 56.57.
Aequalitas abſoluta in qualitate rei 145
Aequale in medicinis ſecundum comparationem 148
Aeſtas 113
Equitatio 105
Eruca 53
Exercitiorum corporis diſcretio, & uarietas 31.32
Exercitium moderatum 105

Exercitium ſolatioſum 105

¶ F

FABAE 49
Feludichi 87
Ferculorum deſcriptiones uariæ 77
Feſtucæ 97
Ficus 39
Ficus ſiccæ 45
Floricum 61
Flos panis porcini 95
Foca 103
Folia Aſæ 55
Fricatio 109
Frixa 14
Frumentum 47
Frumentum elixum 49
Fungi 59

¶ G

GAlbraira 41
Galli 69
Gallinæ eo.
Gaudium 99
Gelatina 61
Giſerij & uentres 75
Glacies 91
Glandes 45
Gradus primi & ſecundi cognitio 146
Gradus tertij & quarti cognitio 147
Graduum adinuicem comparationes 151
Graduum appellatio duplex 152
Graduum uirtutes quidam aliter opinati 153
Graduum in compoſitis diſcretio 156
Graduum rectificatio 161
Granata dulcia 39
Granata acetoſa eo.
De Granis, & uictualibus quæ ex eis fiunt 46

¶ H

HAbariſia 77
Hederæ fructus 95
Helem 61
Hepata 63.75
Herbæ & olera 52.53.54
Homadia 79
Homo aſſimilatur lunæ 5
Hordeum 47
Hyems 117

¶ I

Indurantia cum frigore 133
Inſpiſſantia cutem eo.
Inunctio olei 109
Ira 99
Iudep de pane 85
Iudep de Caray eo.
Iudep de papauere eo.
Iudep de melonibus & medullis amigdalarum 85
Iudep de Dactylis eo.
Iudicium rei per Saporem 111

¶ K

KArrubli 45
Kemach 63
Kibeſia 81

¶ L

LAc dulce & coagulatum 15
Lac aſininum ibi.
Lactis uarietas ibi.
Lac ex uarijs ſubſtantijs componitur 61
Lac acetoſum eo.
Lac prouocantia 138
Lac deſiccantia eo.
Lactucæ 53
Lapidem frangentia 135
Leguminum naturæ, & electiones 11.48
Lenientia 132
Lentes 49
Lilia 95
Linguæ animalium 75
Litargyrum 99
Luctatio 105
Lupini 49
Lutum coraſcenum 97

¶ M

MADVA 77
Magumimæ 81
Maheleb 89
Mala dulcia 41
Mala acetoſa ibi.
Manna 24
Masfia 77
Masfinbe 81
Maturatiua 132
Mechelebria 81
Medicina cibalis 14
Medicinæ intentio, ſanitas 119
Medicinarum & Ciborum cognitio diſcitur octo uijs 119.120.& 132
Medicinæ operatio 120
Medicinarum quatuor genera 131
Medicinarum compoſitio generalis, fit ſex modis. 154
Medicinæ calidæ cum calida compoſitio triplex 155
Medicinæ frigidæ cum frigida comppſitio triplex 155
Medicinæ calidæ cum calida compoſitio alia. 156.& ſe.
Medicinæ compoſitæ dominatio 158
Medicinæ æqualis compoſitæ narratio, cum medicina calida eo.
Medicinam componendi exempla 159.160
Medicinarum compoſitiones uariæ, iuxta graduum differentias 161 & ſeq. uſque ad finem libri.
Mel 87
Melones 41
Melones muſi & inſipidi eo.
Melones Indi eo.
Melongianæ 57
Membrorum animalium qualitates. 13
Membrorum hominis miniſteria, & offitia. 19
Menſæ ſecundæ conuenientia & diſconuenientia 18
Menſtrua abſcindentia 139
Mentaſtrum 95
Meridionalium regio 117
Meſch 49
Minutiones 30
Miſiſfe 65
Motus ſpecies ſex 105
Mudacatatæ 83
Mundificatoria 103
Mundificantia pulmonem & pectus. 135
Mundificantia cerebrum 136
Mundificantia cerebrum ex ore eo.
Mundificantia cerebrum per palatum. eo.
Mundificantia oculos eo.
Mundificantia aures eo.
Mundificantia inteſtina 137
Mundificantia inteſtina ex ſtercore. 139
Mundificantia uenas hepatis 137
Mundificantia gibboſitatem hepatis. eo.
Mundificantia renes eo.
Mundificantia ſplenem eo.
Mundificantia ueſicam eo.
Mundificantia lapidem ex ueſica. 138
Mundificantia cutem 139
Munkuria 79
Muſæ 41
Muſcus 111
Muſicæ uſus & opera 28
Myrtus 95

¶ N

NABATH 41
Naſturtium 53
Narciſſus 95
Nedæ compoſitio 54
Nenufar 95
Nix 91
Nucellæ 97
Nuces 45
Nux Indiæ 43
Nutrimenti rectificatio 9

¶ O

OCimum 51
Ocimum originatum 95
Occidentalium regio 117
Oculi animalium 73
Odoriferorum uſus per ſingulos anni menſes 27
Odorum partitio 54
Olera & herbæ 52
Olerum naturæ 13
Oleum ſeſaminum 55
Oleum de nucibus eo.
Oleum oliuarum eo.
Oleum omphacinum eo.
Oleum cartaminum eo.
Oleum uiolaceum 109
Oliuæ duplices 61
Opilantia 133
Opilationem aperientia eo.
Organorum pulſatio 99
Orientalium regio 107
Origani ſpecies 55
Oua 35
Oua cum hepatibus 63
Oua gallinarum eo.
Oua perdicum eo.
Oua anſerum, anatum, & ſtruthionum eo.
Oua piſcium 71

¶ P

PAnis natura, et uaria eiuſdem piſtura. 11. 50
Panis de ſimila 51
Panis opirus eo.
Panis azymus eo.
Panis rizon eo.
Panis de furno 51
Panis in teſta factus eo.
Panis de gaſtellis eo.
Paſsulæ 45
Paſtinacæ 59
Pedes & tibiæ animalium 73
Penidiæ 97
Perſica 39
Phaſioli 49
Pili ut creſcant 13 & ſeq.
Pili ut non creſcant 14
Piper longum 55
Pira 39
Piſces 71

Piſcium natura, delectus, & digeſtio 17.18
Piſces ſaliti 71
Piſces cocti, & in aceto depoſiti eo.
Porri 55.59
Portulaca 53
Pruna 39
Pſilothrum 107
Pulmones animalium 71
Pumata 81
Purgatio 103
Purgationes uariæ 30
Purgatio medicinalis 31
Putrefacientia & corrodentia 134

¶ Q

QVIES 105
Quies ſuperflua 32

¶ R

RAbes 97
Radix plantæ 57
Rapata 81
Rapæ 57
Raphani 97
Rarificantia cutem 135
Raſen 57
Reblebi 55
Regionum quatuor deſcriptio 117
Res non naturales ſex 5
Reſolutiua 134
Reſolutionis intentio 140
Rhadbaruchi 53
Rizon 49
Rizon & Milium preparatum cum lacte 81
Roſæ 89.95
Ruta 55
Rural 41.45

¶ S

SACHNE 71
Salhadia 77
Saltatio 99
Sambucus 95
Sandalus albus, & rubeus 89
Sanitas, medicinæ intentio 119
Sapores ſimplices octo 122
Sauich tritici 47
Sauich hordei eo.
Scariola 53
Sedantia dolorem 135
Sembuſuch 83
Seminum naturæ & uſus 10 & ſe.
Semen papaueris 55
Septentrionalium regio 117
Sicheis 77
Sinapi 55
Simſia 77
Siruſuk 24
Somnus 101
Somni operatio 29
Somniorum cauſsæ 30
Somnia timoroſa eo.
Spargus 59
Specierum uarietas, & ad decoctionem præparatio 13
Speciatorum adminiſtratio eo.
Sperma 103
Spica aromatica 55
Spinachiæ 59
Splenes 75
Stindibeis 77
Stomachi caliditas 16
Stomachi ſenum fortificatio 22
Stringar 57
Succi uarij 55
Sudorem prouocantia 139
Suffrixa 14.61.83
Suffrixa ſalſa 83
Sulcius 61.83
Sumach 55
Sumacheria 77
Sycomori 41
Syrnporum diſcretio 34
Syruporum confectiones uariæ 35
Syrupus acetoſus 111
Syrupus ſimplex eo.
Syrupus de citonijs 113
Syrupus papaueris eo.
Syrupus roſaceus eo.
Syrupus de Iulep eo.
Syrupus de Ribes eo.

¶ T

TAcuini in gratiam Magnatum compoſiti 6
Tacuinorum partitio in Domos eo.
Tacuinorum autor, Arabs eo.
Tamutia 79
Terregenbim 24
Terratufuli 59
Teſticuli animalium 71
Thabeget 83
Thazet 71
Themeſich 49
Timor 99
Toroſia 79
Tyriaca 117

¶ V

VBera animalium 73
Vegetabilium comparatio 10
Venatio terreſtris 105
Ventres animalium 75
Ventrorum operationes 36
Ventorum quatuor deſcriptiones 113





Ver 113
Verecundia 99
Vermes facientia deſcendere 139
Veſtis linea 109
Veſtis de fera, & pellibus eo.
Vigiliarum operatio 19.111
Vini uarietas, uirtus & natura 26
Vinum quomodo, & a quibus bibendum 27
Vinum album, rubeum, odoriferum, dulce, ſtipticum, groſſum, ſubtile 91
Vinum nouum & uetus ibi.
Vinum uetus odoriferum eo.
Vinum rubeum groſſum eo.
Vinum album ibi.
Vinum citrinum acutum eo.
Vinum acetoſum eo.
Vinum de dactylis eo.
Vinum temperatum 91
Violæ 95
Viſcera & inteſtina 75
Vomitus 101
Vrbien 71
Vrinam prouocantia 137
Vſuem 89
Vuæ 39

¶ X

XYloaloes 111

¶ Z

ZArolæ 41
Zinziber 55
Ziribeyti 8
Ziribelgi eo.
Ziribes 77
Zuccharum 87


*

## TACVINORVM tituli.


De fructibus recentibus, & ſpeciebus ipſorum 38
De fructibus & maneriebus ipſorum 20.22
De Fructibus, & auferentibus ſtupefactionem Dentium 22
De Granis, & Victualibus quę ex eis fiunt 26
De Leguminibus & naturis ipſorum 28
De Panibus, & modis decoctionis ipſorum 50
De Herbis, ſiue Oleribus, & proprietatibus ipſorum 52
De herbis 52
De Aceto, & Acetatis, & quibuſdam fructibus 56
De Herbis & condimentis 58
De Lacte, & condimentis alijs. De Ferculis, item ſuffrixatis, et poſtmodum infrigidatis. Et lacte acetoſo, Caſeo, & Oliua 60
De Lacte, & ijs quæ ſunt ex lacte, & modis ipſorum, & condimentis, & Ouis 62
De Carnibus animalium, & naturis ipſarum. Et de recentibus, & ſalſis 62
De Carnibus animalium ſylueſtrium, quadrupedum & Auiũ 66
De Auibus 68
De Piſcibus recentib. & ſalitis 70
De Carnibus membrorum animalium, & naturis ipſorum. Et de recentibus & ſalſis 72
De Membris animalium interioribus, & eorum partibus extremis 72
De Ferculis, & diuerſis maneriebus ipſorum 76
De Ferculorum diuerſitate 78.80
De Ferculis infrigidatis, ſeu frixis, & aſſis ſupra carbones, & aſſis in ueru, pinguedineq; unctis 82
De Aſſatis, & ijs quæ auferunt odorem allecium 82

De Chaloe ſimplicibus, & compoſitis 86
De præparatorijs & conſeruatione Dentium 88
De aquis pluuialibus, fluminū, & fontium 90
De Vinis fructuum uuarum, & de cautela contra Ebrietatem, & anxietatibus animi 92
De odoribus & floribus 94
Iuuamentum & nocumentum eorum, quę apponuntur ſecundę menſę 96
De Muſica, & accidentib. animæ, & medicinis mundificantibus corpus 98
De Ebrietate, Vomitu, & confabulatorijs, Somno & Vigilijs 100
De Purgatione & Conſtipatione, & mundificatione dentium, & cura Ebriorum 102
De Motu, Quiete, Exercitio moderato, & ſpeciebus ipſorum 104
De Operationibns Balneorum, & partibus ipſorum 106
De ordinatione Balnei, & uariatione Veſtimentorum poſt Balneum, & conſeruatione ſanitatis Vnguium 108
De fumigationibus bonis, iuuamentis & nocumentis Syruporum 110
De Syrupis Rob, & diſpoſitionibus Camerarum, habito reſpectu iuxta temporum diſpoſitiones 112
De mutatione Aeris, occaſione Ventouum & temporum 114
De mutatione Aeris occaſione temporum, & partium ciuitatū. Seu de regionibus epidimijs, cum præſeruatiua. 116